Liber ad lectorem & emptorem.

I lamiarum ueritatem optas habere: me lege. In me comperies an ſtrie que rectius nuncupantur lamie realiter ad ludum uadant: & an harum ludus ſit poſſibilis cum iis que ibi fieri dicuntur: Inſuper quod neceſſarium eſt iuſdicentibus: an iſtiuſmodi lamie uelud heretice ſint iudicãde: ex me determinatum habebis. Non me ſpernas non me negligas ex optimo fonte proceſſi: pater me genuit optimus ueritatis amator. Haud etiam te pigeat modico pro pretio me tenere. Ager enim ſum ubi reconditus eſt theſaurus. Si me emeris pretioſas margaritas reperies & habebis. Tanto dicor pretioſior: quãto rarior iorbe. Erã (fateor) uelud ouis errans i deſerto: nũc me inuentam reportate o paſtores o ſapientes in humeris cum gaudio in ouile ouium: (id eſt) in ſtudiis peritorum. Nam nucleum celo arida teſta bonum.

Liber ad lectorem & emptorem.

I lamiarum ueritatem optas habere: me lege. In me comperies an ſtrie que rectius nuncupantur lamie realiter ad ludum uadant: & an harum ludus ſit poſſibilis cum iis que ibi fieri dicuntur: Inſuper quod neceſſarium eſt iuſdicentibus: an iſtiuſmodi lamie uelud heretice ſint iudicãde: ex me determinatum habebis. Non me ſpernas non me negligas ex optimo fonte proceſſi: pater me genuit optimus ueritatis amator. Haud etiam te pigeat modico pro pretio me tenere. Ager enim ſum ubi reconditus eſt theſaurus. Si me emeris pretioſas margaritas reperies & habebis. Tanto dicor pretioſior: quãto rarior iorbe. Erã (fateor) uelud ouis errans i deſerto: nũc me inuentam reportate o paſtores o ſapientes in humeris cum gaudio in ouile ouium: (id eſt) in ſtudiis peritorum. Nam nucleum celo arida teſta bonum.

Magistri Hyeronimi Vicecomitis. Lamiarum siue strią rum opusculum ad illustrissimum Mediolani ducem fran ciscum Sfortiam Vicecomitem: Incipit feliciter.

INdubium uerti uideo Illustrissime princeps apud nonnullos nostri temporis non uulgares homines: uera ne sint an falsa que de ludificatione prestigiose artis crebro enarrari solent: maxime cum inter eruditos secularium litterarum magnum diu certamen super iis fuerit: que prope impossibilia esse uidentur. Pleriq; enim simpliciter abnegantes magicas: falcinationes: dicer̄ ausi sunt nocturnas illas uetularum circulationes: atq; obscenitates: & mille turpitudines: que fieri ī uulgo dicuntur penitus nullas esse: filii uero maleficiorum periculis & plurimis uenefitiis moti: Lamias siue strias esse credunt: & nequaq; cōmenticia que mulierc̄ule se se noctu patrasse in questionibus confitet̄ur: finiende ob hoc supplicio ignis. Rogatus itaq; a multis ut de re hac mirabili sententiam meam dicam: pauca in scriptis redegi: non tam ut amicis placerem: q; ut maiori profectui studiorum meorum consulerem: ī quibus hinc atq; illinc peryp atetico more argumenta mouent: eo quidem dicendi genere quod modo physice & theologyce loquentib⁹ cōuenit qui rebus magis q; uerbis se acōmodat. Quo circa illustrissime principes: opusculum ipsum excellēt̄ie tue merito dedicandum cognoui quippe: qui p tua īnata cupiditate ueri inuestigandi & cognoscēdi preclara omnia: mirum in modum studiosus sis: ut sicut in ceteris: ita & in iis quoq; prestantissimus semper princeps habearis. Bono igitur animo lamiarum munusculum nostrū suscipies: legetq;: quod & si dignitati tue impar sit que maiora meret̄: ex ipia tamē obseruantia magna in te mea par illi fiet facietq; sincera de me tua existimatio: que pro magnitudie excelsi tui animi: non rei temporalis precium q; tumcunq; magne pensare solet: sed cogitare solum qualis sit animus offerentis. Non te fugit deuotionem uidue: Cresi diuitiis prelatam fuisse: que non nisi duo era in gazo philatiū miserat. Ego nichilomin⁹

in ſupplementum religioſi munuſculi: etiam me ipſum il
luſtriſſime dominationi tue dedo:& ſic deditum ſimul eſſe
perpetuo tene. Bene tibi ſemper ſit glorioſiſſime pri..ceps.

Vtrum lamie:que uulgari nomine ſtrie nuncupantur:
uere & non fantaſtice ſiue apparenter ad ludum eant:

Robatur primo q̄ lamie :que uulgari nomine
p ſtrie nūcupantur uere & non fantaſtice ſiue appa
renter ad ludum uadant:Nam tales ſi relapſe fue
rint tradūtur poteſtati ſeculari ut ī dilate animad
uerſione debita puniantur extra de.here.inquiſitioniſ.li.vi.
que animaduerſio debita eſt crematio ex communi cōſue
tudine:Sed ab hoc q̄ quis ſompniat commedere:& bibere
tripudiare :uindicte faciende modum ſeruandum contra
inimicos quem a demone petunt aliquando: pecunias po
ſtulare :cognoſcere mulierem :nel a uiro cognoſci: neccare
infantes baptizatos:baptiſmo abrenūciare cōculcare crucē
pedibus :dominam ludi uti deum ſuum adorare:ſicut tales
faciunt prout ab eis fertur :non cremantur:ergo talis ludus
eſt uerus & non fantaſticus.

Secundo euntes ad hunc ludum cognoſcunt omnes ue
nientes qui aliquando ſunt ex longinquis partibus & quos
nunq̄ uiderunt eundem ſermonem habēt ī iis que ibi fiūt:
Vadunt cōiter nocte precedēte diem Iouis.Multa futura co
gnoſcunt. ſciunt quādoq̄ curare morbos quaſi incurabi
les :Sed iſta non poſſunt ſompnia eſſe quia ſompnia aliquā
do ipediūtur ex uehementi motu euaporationis aſcendētis
ad cerebrum ſm philoſophum in ſecundo de ſomp.& uigi.
in fi.& iſta eſt cauſa quare pueri non ſompniant & illi qui
imediate poſt cibi ſumptionem dormiunt :nam tunc cibus
exiſtens in ſtomaco multos uapores emittit ab cerebrum
obfuſcātes fantaſmata ſiue illarum ſimilitudines que appa
rent in ſompniis : Cum autem multi ex iis in mediate
poſt cenā ad ludū eant :ergo ī talibus iſta nō ſunt ſompnia.

Tertio ſm philoſophum in ſecūdo de.ſomp.& uigi.dan
tur homines qui nunq̄ ſompniauerunt :& aliqui ſolum in

ſenectute:Cum autem multi uadant ad iſtum ludum: poſſi bile eſt ut aliquis eorum ſit talis conditionis :ergo in ſimili talis ludus non erit ſompnium .

Quarto tales confitentur obtuliſſe aliquando uerū cor pus chriſti:quando namq; illud in eccleſia ſūmunt fingunt os abſtergere:& ipſum ex ore extrahunt :& poſt ī tali ludo uel ipſum pedibus conculcant uel demoni offerunt: & ali quando filios baptizatos nepotes alioſq; infantes poſt ob lationem ſtatim:uel in termino dato a domina ludi moriū tur :& hoc in multis paſſibus reperitur :& ego ipſe ab eiſdē ſepius audiui .Diuus etiam Augu. in.xxi. de ciuitate dei. c. .xiii.ſic ait prorſus quod ſcriptum eſt graue iugum ſub filiiſ Adam a die exitus de uentre matris eorum uſq; in diem ſe pulture matre omnium :uſq; adeo impleri neceſſe eſt: ut ipſi paruuli per lauacrum regenerationis ab originalis pec cati quo ſolo tenebantur uinculo iam ſoluti mala multa pa cientes nonnulli & ī curſus ſpirituū malignorum aliquādo patiantur .Et Hyeronimus in epiſtola ad paulam de dormi tione Breſile ait.Quid cauſe eſt ut ſepe bimuli & trimuli & ubera materna lactentes a demonio corripiuntur ?Etiam beatus Thomas in.iii.libro contra gentiles.ītem alios effec tus artis magice ponit:q; leguntur quandoq; pueris inno centib⁹ accedere ergo uidetur ex quo realiter pueri moriun tur quando defferuntur ad talem ludum:q; talis ludus non ſit fantaſticus ſed uerus.

Quinto ſm philoſo.vii.ethy.& in princi. tertii de ſōp. & uigi.Quod multis uidet̄ īpoſſibile:ē oīno ut ſic falſum: ſed multi ex iſtiſ dicūt ſe ire quādo nō dormiūt:& aliquādo ſi locus ubi debēt cōgregari eſt eorum habitationi uicinus: abſq; baculo uncto & equitatiua illuc pergunt: ſi autem ſit multum diſtans:tunc defferuntur ſuper baculum unctum pinguedine puerorum:uel a quadā beſtia figuram lupi uel capre habēte:aliorumq; animalium:ex iis ergo apparet q; ludus iſte eſt uerus & realis.

Sexto In quibuſdā ꝓceſſibus legitur q; tales mulierculē ī formis gatarū ītrāt domos ubi iacēt ifantes: & aliqī a pa rentib⁹ ifantiū abſciſa fuit man⁹:uel pes:uel erut⁹ fuit ocul⁹

talis gatte:& re ipsa postea iuentū fuit ī illa muliercula que putabatur in tali forma domum intrare membrum uel abscisum uel apēsum ergo talia nō sunt ludificatoria quar̄.&c.

Septimo ſm magistrum sen.in.iiii. di.xxxiiii. & beatū Thomā:Albertū magnū:& alios theologos: malefitia sunt uera:ymo canonicum ius specialem titulū facit de frigidis & maleficiatis:ergo & ea que in tali ludo fiunt erunt uera: quia omnia ista fiunt arte & uersutia demonis.

Octauo Talis ludus nullo modo ē ipossibilis:Nā demones possunt defferre homines de loco ad locū:sicut de Simone mago ī legēda beati petri apostoli legitur:& de Hermogene ī hystoria seu legēda sancti Iacobi dicitur ꝙ demones ligatis manibus ad tergū duxerūt eū ad Iacobū. Etiā angeli nō solū ſm theologos sed etiā philosophos mouent orbes: nā Aristotiles.in.ii.prime philosophie nittitur ꝓbar̄ numerū ītelligētiarū ſm numerū orbiū quos mouēt:ergo.multo magis poterūt mouer̄ unū hominē.Danielis ēt ult.c. dicit̄: ꝙ angelus dn̄i portauit Abachuc in capilo capitis sui posuitq; eū ī Babilonē.Et Actuū.xix. c.legitur ꝙ spiritus domini rapuit Philippū & īuentus est in Azoto:& multa similia & bonorū & malorū angelorū repiūtur:& quātū ad uirtutē motiuam eadem est ratio in bonis & in malis angelis:sicut uniuersaliter theologi tenēt.Quod nō sit ipossibilis ex ꝑte demonum in actu uenereo agentium ut uiri:aut patientiū ut mulieres probatur:Nam Ioseph⁹ uir magne auctoritatis super illud genesis.c.vi.uidentes filii dei filias hominum ꝙ essent pulchre:ubi fit mētio de illis gigātibus q erāt uiri famosi & potentes a seculo:dicit expresse gigantes illos genitos fuisse ex concubitu spirituum incuborum cū mulierib⁹. Augustinus de ciuitate dei.c.xxiiii.sic ait apparuisse hominibus angelos ut nō solū uideri sed etiā tangi possent: Eadē uerissima scriptura testatur:& quoniam creberrima fama ē multos esse exptos uel ab eis qui expti sunt(de quorum fide dubitatio non est)audisse confirmant siluanos & phaunos quos uulgo incubos uocāt:improbos sepe extitisse mulieribus & earum apetiisse & peregisse concubitum:& quos demones quoe dusios Galli uacant:hanc assidue immundi-

etiam & temptaī & efficere plures taleſq; aſſeuerant ut hoc negare impudentie uideatur. Iſydorus etiam dicit: q incubi dicuntur ab incubando: ſepe enim improbi exiſtunt mulieribus & earum peragunt concubitum quos demones Galli duſios nuncupant quia aſſidue hanc peragunt immundiciam. Beatus Thomas. Albertus magn⁹. Bonauētura. & multi atq; multi theologi ſuper diſtinctione octaua. ii. ſen. manifeſte confitētur dari demones incubones & ſubcubones. & ibidem dicunt Bonauentura: Richardus: Petrus aureali: Bonbologius. & multi alii: Merlinum Britanie regem progenitum fuiſſe ex demone incubo: Multi etiam hyſtorici idem affirmant: Si ergo poſſibile eſt q demones poſſint de loco ad locum homines defferre & cum eis commiſceri: & tales confiteantur q ad locum ubi congregatio fit pergunt ſi eorum habitationi ſit uicinus: uel portantur ſi eſt diſtans: ergo uidetur q talis ludus ſit uerus & non illuſio ymaginaria uel ſompnium.

Si quis diceret hunc ludum eſſe impoſſibilē: quia alique ex iſtis dicūt q hora q̄rta ad ludū uadūt: & tunc iacēt ī lectis uelud mortue: & iſerius ī exemplo ſancti Germani idē ponetur: ſed īpoſſibile eſt q idem corpus numero ſit ſimul in diuerſis locis: ergo nō poſſunt eſſe in lectis & ī ludo.

Probatur iſtam rationem eſſe nullam: Nam ſicut teſtatur legenda ſancti Martini. beatus Ambroſius eadem hora uiſus fuit Mediolani ad altare & in ciuitate Turonenſi faciens officium in exequiis beati Martini. De Symone mago dicitur in legenda ſancti petri apoſtoli: q eadem hora in cō claui erat cum Nerone: & foris loquebaī populo: ergo poſſibile eſt q una eademq; hora unum corpus numero ſit in diuerſis locis quare &c.

Rationes probantes q realiter non uadant ad ludum.

i N cōtrariā partē ē auctoritas decreti. xxvi. q. v. c. epi. Ita ibi legitur. Illud nō eſt obmittēdū: q q̄dā ſcelerate mulieres retro poſt Sathan cōuerſe: demonū illuſionibus & fantaſmatibus ſeducte: cre-

dunt se & profitentur cum diana nocturuis horis dea paganorum uel cum Herodiade & Innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias & multa terrarum spatia in tempeste noctis silentio per transire eius iussionibus obedire ueluti domine & certis noctibus ad eius seruitium euocari :Sed utinam hec sole in perfidia sua perissent: & non multos secum ad infidelitatis interitum per traxissent :Nam & inumera multitudo hac falsa opinione decepta:& uera esse credunt :& credendo a recta fide deuiant & errore paganorum iuoluūtur & cetera .& in fine sic ait Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius aut deterius imutari aut transformari in aliam speciem uel similitudinem nisi ab ipso creatore qui omnia facit & per quem omnia facta sunt procul dubio infidelis est & pagano deterior .Ex hac auctoritate manifestum est talē ludum esse ludificatorium & non uerum.

Secundo arguitur sic.In legenda sancti germani dicitur Hospitatus germanus in quodam loco :cum post cenā mēsa iterum pararetur .admirans interrogat cui de nouo pararentur .Cui cum dicerēt q̄ uiris & mulieribus qui de nocte incedūt.Illa nocte germanus statuit uigilare & ecce uidit multitudinem demonum in forma uirorum & mulierum uenientem.Qui eis precipiens ne abirent conctos de familia excitauit inquirens si personas illas cognoscerent.Qui cum omnes uicinos & uicinas esse dicerent misit ad domos singularum precipiens demonibus ne abirent & ecce omnes in suis lectulis sunt inuenti.Adiurati igitur se demones esse dixerunt ex hoc exemplo habetur ludificatio huius prestigiose artis.

Tertio sicut falsum q̄ tales muliercule transformentur in gattas dato q̄ ita firmiter credant dicente .Augustino .xviiii.de ciuitate dei .c.xviii.Non solum animam sed nec corpus quidem illa ratione credo demonum arte uel potestate in membra uel liniamenta bestialia posse cōuerti eadem ratiōe talis ludus erit deceptorius dato q̄ firmiter credant hunc ludum esse uerum .Similiter sicut decipiuntur credendo q̄ intrent domos ianuis clausis quia secundum

philoſophum in quarto phiſicorum ſi unum corpus alte rum ſubingredi debet neceſſe eſt q̄ illud aliud recedat: ita & in ludo quare & cetera.

Quarto dicunt tales q̄ exeunt domum ſuper baculum unctum per caminum ſed hoc eſt manifeſte falſum quia homo cum habeat corpus denſum & ſolidum non poteſt tranſire per foramina ita parua ſicut ſunt foramina camini. Etiam dicunt quod intrant per feneſtras habentes ferratas quod eſt manifeſte falſum quare &c.

Quinto impoſſibile eſt idem corpus numero eodem tempore eſſe in diuerſis locis ſed quedam ex iſtis affirmant q̄ eorum corpora in lecto iacent quaſi mortua illa hora qua ad ludum uadunt. Etiam in exemplo ſancti Germani hoc eſt manifeſtum ergo hec omnia ſunt falſa quare & cetera.

Sexto refferunt q̄ commedunt aliquando epar: uel cor: uel pulmonem unius hominis uel alterius animalis in Veru & talis homo ſi uult ſanari accipiat modicum uini albi tepidi cum partibus adherentibus ſuperficiei ueru ubi coctum eſt epar: & illud bibat & ſtatim ſanatur. Sed ſine dubio impoſſibile eſt q̄ aliquod animal uiuat ſine corde ergo falſa eſt ſententia iſta quare & cetera.

Septimo aliquando aliquis ex iſtis petierunt a demone pecuniam & uiſum eſt eis q̄ realiter dederit & quando: ſunt domi nuſq̄ inueniunt eam quod eſt manifeſtum indicium deceptionis. Que hic dico omnia ex confeſſionibus huiuſmodi hominum accepi. quare &ce.

Octauo referunt tales q̄ cōmedunt aliquando unū puerum coctum in uno magno lebete uel unum bouem & ſimilia animalia & domina ludi precipit eis q̄ ſeruent oſſa. poſt cibi ſumptionem compaginatis in unum oſſibus. domina ludi baculo quodam tale quid tangens facit ut reuiuiſcere uideatur: Sed hoc eſt manifeſte falſum: quia ſecundū cōmunem theologorum ſententiam demon non poteſt reſuſcitare mortuos ergo uidetur q̄ talis ludus ſit illuſio q̄dam etiam tales in mane ita eſuriunt & ſitiunt ac ſi non commediſſent quod manifeſtum eſt iudicium ludificatio

nis quare & cetera.

Dillucidatio queſtionis propoſite ſeu ueritas queſiti dubii.

Pro ellucidatione huius queſtionis tria ſunt per ordinem uidēda primum eſt q̄ demones poſſiu. aſſummere corpora diuerſarum figurarum & apparere hominibus. ſecundum eſt q̄ poſſunt ita oculos perſtringere q̄ una res uideatur alia. tertium eſt: quot modis fieri poſſit talis deceptio q̄ una res uideatur alia.

Quod demones poſſunt aſſummere corpora diuerſarum figurarum & ſic hominibus apparere.

Primum ſcilicet q̄ demones poſſunt aſſummere corpora diuerſarum figurarum & homnibus apparere ſic probatur. In legenda ſancti Martini dicitur q̄ cum Martinus Mediollanum peruenisſet diabolus in humana ſpetie ſibi obuius fuit. In legenda ſancti Antonii legitur q̄ diabolus in ſpetie pueri nigri ante beatum Antonium proſtratus apparuit & q̄ demones in formas uariarum ferarum apparuerunt & eum dentibus: cornibus: unguibus: crudeliſſime lacerauerunt de ſaluatore noſtro Mathei quarto capitulo legitur Aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem & ſtatuit eum ſupra pinaculum templi & iterum aſſumpſit eum in montem excelſum ualde: ubi gloſa ordinaria ſic ait. Nota hec omnia corporaliter facta eſſe nec mirum ſi permiſit ſe circūferri qui permiſit ſe crucifigi imo aliquando ſe tranſfigurat in angelum lucis ſecundum apoſtolum in ſecunda epiſtola ad corinthios capitulo ſecundo ut callidius homines decipiat. Magiſter ſen. in ſecundo libro di. yiii. dixit q̄ angeli in corporibus aſſumptis hominibus apparuerunt atq; locuti ſunt. & eandem ſententiam tam de bonis q̄ de malis angelis communiter ibi affirmant expoſitores de apparitione bonorum

angelorum tota ſcriptura eſt plena Non ſunt ergo derideñ di illi qui dicunt uidiſſe aliquando demonem in forma humana :aut lupi :capre:ſimiliūq; animalium:cum hoc & fieri poſſit & aliquando fiat.Non me hic extēdo quia omnes hanc ſententiam affirmant quare & cetera.

Demones ita poſſunt oculos perſtringere humanos q̄ una res uideatur altera.

Secundū probatur ſcilicet.Quod demōes poſſunt ita aciem oculorū perſtringere q̄ una res uidea tur alia .In legenda ſancti clementis dicitur :q̄ Simon magus confecit unguentum quoddam quo perunxit faciem fauſtiniani patris ſancti clementis :& ſic Simon uultum ſuum arte magica in fauſtinianum im preſſit q̄ ab omnibus niſi a beato petro apoſtolo putaba tur fauſtinianus Simonem magum eſſe:& uxor & filii fauſtiniani eum refugiebant .In legenda beati petri apoſtoli fertur Symonem magum Neroni dixiſſe .Vt ſcias optime imperator me uerum dei filium eſſe iube me decolari :& die tertia reſurgā. Precepit igitur Nero carnifici ut decolaret eum:Qui cum putaret ſe decolare ſimonem decolauit arietem :Simon autem arietis membra recolligens ſe & illa tribus diebus abſcondit: ſanguis autem arietis ibidem congelatus remanſit:die autem tertia oſtendit ſe Neroni dicēs:fac ſanguinem meum abſtergi qui effuſus eſt quia ecce ego qui decolatus fueram(ſicut promiſſi)die tertia reſurexi.Quod Nero uidens obſtupuit & eū dei filium eſſe putauit In eadē legēda dicitur q̄ Simon dum ante Neronem adſtaret eius effigies ſubito mutabatur & mō ſenior :mō adoleſcētior uidebat̄ In uitis patrum habet̄ q̄ arte magica quedam femina ī equam cōuerſa triduo ſine cibo mānſit & ad ſanctū Machariū ducta ī propriā formā reſtituta ē In legēda ſancte iuſtine dicit̄ q̄ ciprianus magice arti īteruiebat ita q̄ matronas in iumēta cōuerter e uidebat̄ & multa alia p̄ſtigia exercebat .Quādoq; ſe uidebat̄ cōuerti arte magica ī feminā :quādoq; ī auē & ſimilia exēpla q̄ſi innumerabilia

reperiuntur dominus Isidorus ī.yiii.ethymologiarū.l.c. de magis:ait ferī & quedā maga famosissima circe:que socios Vlixis mutauit ī bestias.Legiī & de sacrificio quod Archades deo suo Lisceo īmolabat:ex quo qcūq; sūmerēt ī bestiarū formas cōuertebātur.Hinc apparet nō esse ī totū dubiū quod nobilis ille poeta scribit de quadā femina que magicis artibus excellebat:

Hec inquit se carminibus promittit soluere mentes
Quas uelit:ast aliis duras immittere curas:
Sistere aquam fluuiis:& sydera uertere retro:
Nocturnosq; ciet:mane mugiere uidebis
Sub pedibus terram:& descendere montibus ornos.

Beatus Augustinus ī.xix.de ciuitate dei.c.xvi.dicit q̄ greci: dyomedē finxerūt deū eiusq; sotios īuolucres fuisse cōuersos:& nō fabulosō poetico mēdatioq;:sed hystorica detestatiōe cōfirmāt.& ī.c.xvii.mētōnē facit de illa maga famosissima Circe:& dicit de quibusdā aliis:Nā & cū nos essem⁹ in Italia:de quadā regiōe illorū partiū audiebamus ubi stabularias mulieres ībutas iis malis artib⁹ ī caseo dare solēt dicebāt qbus uelent seu possent uiatorib⁹ unde in iumēta illi co uerterētur & necessaria queq; portarent: postq; pfuncta opera iterū ad se redirēt.Multa ouidius de Medea dicit.Sed ne michi diceret:q̄ mirāda canūt:sed nō credēda poete: dato q̄ nō semp fingāt:ideo eorū dicta ī pſentiarū obmittam Sciendum tamen est:q̄ secundum ueritatem: homines nō mutantur in bestias:sed secundum apparentiam tantum: ī quantum demon oculos nostros perstringit.q̄ aut non uidemus:aut talem nō uidemus qualis ē res.ex iis ergo patet q̄ demō arte sua facit q̄ una res uideatur alia quare.&c.

Quot modis fieri possit q̄ una res uideatur alia.

Circa tertiū.s:Quot modis fieri possit q̄ una res uideat alia:ē primo sciēdū:q̄ dat uisio ymaginaria fm theologos q̄ ē:quādo nō uidet res: sed ei⁹ similitudo:qua uisiōe fm glo.Aug.beatus petrus uidit illud uas submitti de celo in terram in quo erant oīa

quadrupedia:& ſerpentia terre:& uolatilia celi.actuum.x.c. que nō corporea erant ſed rerum ymagines. Eadem uiſione beatus Benedictus totum mundum uidit: Nam in legenda ſua dicitur:q̄ totus mūdus uelud ſub uno ſolis radio collectus ante eius oculos adductus eſt. Beatus Thomas in ſecunda ſecunde queſtione .xcy.articulo.iiii.reſpondet tandē ſecundum Auguſtinum ad ſymplicianum:q̄ uiſio Samuelis:quando Samuelem per Phytoniſſam Saul ſuſcitari fecit ſicut habetur in primo libro regū.c.xxyiii.fuit uiſio ymaginaria:Sic enim ait:Non uere ſpiritus Samuelis a requie ſua ſuſcitat⁹ eſt:ſed aliquod fantaſma & illuſio ymaginaria dyaboli machinatōnibus facta:quem ſcriptura Samuelem appellat ſicut ſolent ymagines rerum ſuarum nominibus appellari: Et hec reſponſio Auguſtini confirmatur .xxyi .q. .y.c.nec mirum.Obmittendo ea que dominus Iſidorus in .yiii.ethymologiarū dicit de magycis:nigromanticis.ydromanticis:diuinis incantatoribus:ariolis:& ſimilibus:ubi declarat q̄ demonia ſecundum diuerſitates rerum quibus tales utuntur diuerſimode iſtis apparent: ponemus tres modos ſatis generales congruentes rei de qua loquimur: quos beatus Thomas ſparſim & in diuerſis locis ponit:ſcilicet:in ſcripto ſuper ſecundum ſententiarum .di. yiii. & in prima parte.q.c.xiiii.Sed quia ipſe breuis eſt:ideo inferam aliqua neceſſaria.Primo modo:demō poteſt ludificare ſenſus noſtros ab interiori mouendo fantaſmata & ſimilitudines rerum exiſtentium in uirtute ymaginatiua:ſicut contingit in ſompniis:Nam ex motu fantaſmatum in ſompniis appareret nobis q̄ multa uideamus & audiamus:ita nobis uigilātibus apparet aliquando q̄ multa uideamus: & hoc poteſt contingere duobus modis etiam naturaliter: ex agitatōnes ſcilicet:humorum ex qua reſultat euaporatio quedā ad uirtutem ymaginatiuam aſcendens & mouens uel cauſans illas ymagines taliter q̄ uidebitur nobis ut mirabilia uideamus ſicut patet in freneticis & accute febrizitantibus.Secūdo modo ex uehementi connexione intentionis ſecundū. Bonauenturam ad fantaſmata : que facit ut ſimilitudo rei:res ipſa uideatur:ſicut Auguſtinus exemplificat in libro

de trinitate dicens: quod quidam tanta connexione re-
cogitabat cuiuſdam mulieris ymaginem q̄ ei carnaliter
commiſceri uidebatur in uigilando: Cum ergo demon nō
ignoret hos modos dico q̄ poteſt illudere euntibus ad ludū
ipſis & dormientibus & uigilantibus ſecūdo modo demon
poteſt ita organa diſponere ſenſuum: q̄ una res appa-ebit
alia: ſicut ex habundantia humoris collerici uidetur guſtui
q̄ omnia ſint amara cum tamē aliquando ſint dulcia: & ex
deſcenſu humoris ſanguinei uel uaporis ignei ad oculos ui
debitur nobis q̄ que exterius apparent ſint rubea: Sed cum
demon hos modos cognoſcat optime: ideo poteſt immuta
re humores & tunicas oculi: q̄ una res uidebitur alia. Ter
tio modo demon poteſt ita diſponere medium q̄ una res
uidebitur alia: & qua ratione ſm beatum Thomam poteſt
formare corpus cuiuſcunq; figure: & illud aſſūmens in eo
uiſibiliter apparere: eadem ratione poteſt circūponere cui
cunq; rei corporee quācūq; formam corpoream & offerre
illud ſenſib⁹ noſtris ita q̄ putabimus unam rem eſſe preſen
tem: & erit alia ſicut exempla ſupra habita demonſtrant:
ubi probatum fuit q̄ demon ita poteſt perſtringere aciem
oculorum: q̄ una res uidebitnr alia: & ſecundum dominū
Bonauenturam: aliquādo ex candele & pallearum diſpoſi
tione: uidentur pallee ſerpentes eſſe. & beatus Thomas di
cit: q̄ ad euaporationem cuiuſdam fumi trabes dom⁹ uide
buntur ſerpentes & multa huiuſmodi experimenta fiunt a
ioculatoribus: quos uulgus magos uocat: qui tamen ſi abſ
q̄ auxilio demonis talia naturaliter faciant nō ſunt ꝓprie
magi: & hec omnia optime demon cognoſcit q̄ &c.

Determinatio auctoris de premiſſa queſtione: ſeu con
cluſione.

Taq̄ iis habitis dico breuiter: q̄ tales realiter nō
i uadunt ad ludum: ſicut probant rationes facte i
contrarium: Quando enim dormiunt non eſt
poſſibile q̄ eorum corpora ſimul ſint in lecto &
in ludo: ergo tunc realiter non uadunt. Quando autem ui

gilant tunc ludificantur modis nunc proxime dictis: & ſimi le eſt de demone: & de illo qui uult ſocios decipere: Nam quanto callidius quis decipit ſocios: & maxime quando ſo cii non cognoſcunt deceptionem tanto magis letatur: ita facit demon quia non ſolum decipit tales trahendo eos in perditionem ſed etiam taliter facit q̄ is firmiter credūt ue ra eſſe que ſunt illuſoria. Dico tamen q̄ poſſibile eſt q̄ tales uadant ad iſtum ludum: ſicut probat ultimum argumentū demon enim poteſt deferre homines de loco ad locum. Dantur etiam demones in cubi & ſubcubi ſecundum com munem theologorum ſentētiam ergo poſſibile eſt q̄ mul ti & uiri & mulieres deferantur a demone ad certum locū uel ipſi uadant ſi ſit eorum habitationi uicinus & q̄ ibi ſint demones ī formis uirorum & mulierum cum quibus com miſceantur: ergo talis ludus eſt poſſibilis: Nec auctoritas de creti allegata huic ſententie aduerſatur dicit enim hoc eſſe falſum q̄ uadant ad talem ludum & tamē cum hoc ſtat q̄ ſit poſſibile: quia ſecundum logicos multa ſunt poſſibilia que tamen ſunt falſa ſicut ducem Mediolani eſſe regē italie uel imperatorem eſt poſſibile: & tamē eſt falſum q̄ ſit rex uel imperator: poſſibile eſt me eſſe Rome uel pariſius: & ta men eſt falſum q̄ ſim Rome uel pariſius. Et quādo dicitur in illa auctoritate: Quiſquis credit poſſe fieri aliquam crea turam: & cetera dicitur: q̄ nō eſt poſſibile q̄ fiat talis muta tio in aliam ſpeciem realiter: tamen apparenter non negat quin hoc fieri poſſit: & q̄ hoc ſit uerū in. c. quaſi immediate ſequēti quod icipit: nec mirum: affirmat̄ q̄ uirtute demonis illa Samuelis ymago appuerit. Sequēdo ergo q̄ realr nō ua dāt: ſed appenter: reſtat ad argumēta reſpondere q̄ ꝓbāt̄ ui dētur q̄ ad talem ludū uere & nō fantaſtice eant quaſi. &c.

Reſponſiones ad prima argumenta ī cōtrariā partem.

a D primū argumentū quando dicitur q̄ propter ſompniū null⁹ cōburitur &c. dico q̄ tales ī uigilia firmiter credūt oīa illa fuiſſe fcā et ſimilib⁹ delec tātur atq; adherēt q̄ uidētur ī ludo fieri & iō crē

antur dicente Augustino. xviii. de ciuitate dei. c. xii. delectari autem falso crimine crimen est: etiam' si quis sompniat se alienam mulierem cognoscere propter antecedentem cogitationem: uel post sompnium delectatur tali actu cum assensu rationis: sine dubio peccaret mortaliter: & si tunc moreretur dampnaretur perpetuo: Et ita patet q̄ propter sompnium quis punitur: principaliter tamen propter assensum rationis: Etiam multa mala demones ad instantiam eorum ut inferius declarabit̄ i ueritate faciunt: & eorum societas periculosissima est: & ideo omni studio est eradicāda quasi & cetera.

Ad secundum cum dicitur. q̄ cognoscunt omnes uenientes & uno ore loquuntur quantum ad ea que ibi fiunt. Dico q̄ similia ibi fieri possunt & in sompno: & in uigilia uersutia demonis: De sompno habetur exemplum sancti Germani: nam illis uidebatur q̄ irent ad domum hospitis & q̄ commederent & biberent multaq; facerent cognoscerentq; omnes uenientes: Demon enim ita mouebat fantasmata talium & defluere ita faciebat ad organa sensuum exteriorum q̄ illis qui putabant se ire ad illum ludum apparebant similia esse uera: In uigilia autem non solum utitur hoc modo nunc dicto ad decipiēdum: sed etiam offert sensib⁹ nostris uarias rerum ymagines: & maxime eorum qui putant se ad ludum uenir̄ siue sint noti siue ignoti: siue sint de terra sua siue de aliena. Nam uisio ymaginaria fit etiam nobis non dormientibus: sicut exp̄sse patet in uisione beati Benedicti: & Phitonisse: De iis quidem multa dicta sunt in corpore questionis: & ideo non est mirandum si cognoscunt uenientes adhunc ludum quos nunquā uiderunt uel quos putant uenire: Sciendum tamē est: q̄ sicut nobis dormientibus fit emissio seminis: ita & nobis uigilantibus fieri poterit: sicut exemplificatum est supra de illo qui tanta affectione ymaginem cuiusdam mulieris recogitabat q̄ ei carnaliter commiseri uidebatur: Apparentia ergo nō est referenda ad emissionē seminis: sed ad illas ymagines quas putamus essentia realia cum intantum' rerum ymagines. Ad auctoritatem philosophi scilicet. q̄ null⁹ sumpniet im-

mediate poſt ſumptionem cibi:dico q̄ uerum eſt naturaliter:uirtute tamen demonis poteſt fieri:Contrarium etiam poteſt dici:q̄ huiuſmodi uiſiones non ſemper fiunt in ſompniis:Quando dicitur:q̄ tales multa futura predicūt:morbos quaſi incurabiles ſanare uidentur:Dicitur q̄ demon habet aliquando poteſtatem immittendi morbos ſicut habuit in Iob:& beatam Iuſtinam:quando illi febres immiſit ſicut in legenda ſua dicitur.& aliquando habet poteſtatem ī ficiendi aerem:ſicut in legenda ſancte Iuſtine dicitur:q̄ Antiochia paſſa eſt ſeptenio peſtilentiam uirtute demonis. In legenda ſancti Mathei dicitur:q̄ zaroes & Arphaſath in ciuitate que dicitur Vaddaber fecerūt uenire duos dracones ignem fulgureum ex ore & naribus emittentes:qui cūctos: homines occidebant. In legenda beati Bertholomei dicitur q̄ demon quidam qui habitabat in ydolo Aſtaroth.languentes ſe curare dicebat. Tamen non ſanando ſubuenie bat ſed a leſione ceſſando.In legenda ſanctorum apoſtolorum Symonis & Iude dicitur:q̄ zaroes & Arphaſath fecerunt coram rege Babilonie q̄ uiri eloquentiſſimi loqui nō poterant:deinde fecerunt eos loqui:ſed ambulare non poterant:poſtea ambulare fecerunt: ſed & eos apertis oculis fecerunt nihil uidere.etiam beatus Thomas iu tertio contra gentiles:dicit q̄ demones poſſunt facere homines inuiſibiles:& ita apparebit nobis q̄ non ſint in domo: & tamē erunt.Demon ergo aliquando reuelat huiuſmodi futura eū tibus ad ludum & indicat eis modum tenendum in morbis curandis dicendo:accipies modicum unius camiſie uel alterius generis panni:& talia dices:que ſepiſſime ſunt mēdatia:ſicut alique que uti ita loquar ſunt meretrices & putant ſe ire ad iſtum ludum & commiſceri carnaliter cum multis:dicunt per meam uirginitatem:cum quibuſdam pater noſter & aue maria:ſic fiat.& aliquando remouetur talis morbus :non quia uerba illa uel characteres aut: arte figure quibus aliquando magi utuntur efficaciam habeant ad expellendos morbos ſicut probat beatus Thomas in tertio libro contra gentiles:nec etiam pannus lineus aut laneus de ſe talem habet uirtutem:ſed demon eſt ille qui aut re

mouet morbi cauſas:aut ceſſat a leſione:Nec huiuſmodi in firmitatibus ſubueniri poteſt auxilio medicorum: ſicut ex preſſe patet in maleficiatis.Si quis quereret quare demon decipit hominem ſimilib⁹ uanitatibus:Dicitur q̄ hoc facit: quia uidēs ſe expultum a paradiſo & delitiis ad quas homo aſcendere poteſt:inuidia motus querit hominem huiuſmodi delitiis priuare:Tales enim uanitates elongant hominē ab ipſo deo & eum paradiſi delitiis priuant iuxta illud prophete:Odiſti obſeruantes uanitates.Et ideo magiſter ſentētiarum in ſecundo diſtinctione.xxi.dicit.Videns igitur dyabolus hominem per obedientie humilitatem poſſe aſcendere unde ipſe per ſuperbiam corruerat: inuidit ei: & qui per ſuperbiam pri⁹ fuerat dyabolus:id eſt:deorſum lapſus: zelo inuidie factus eſt ſathan:id eſt:aduerſarius:Demon etiam optime cognoſcit rerum cauſas: complexiones hominum:influxus celeſtes:& multa ex intrinſecis cordis meditationibus quibuſdam ſignis exterioribus:& datoq̄ per ſigna exteriora non poſſint bene cognoſci cordis intrinſeca: tamen magnam coniecturam faciunt ad ea cognoſcenda: Dicit enim Auguſtinus ibidem:q̄ per nonnulla experimēta compertum eſt cogitationes cordium ad demonum noticiam peruenisſe:ideo ex reuelatione malorum ſpirituum tales poſſunt dicere:talis infirmabitur tali tempore:& morietur uel non:ſicut aliquando periti medici faciunt: & tali tempore deſcendent magne pluuie & niues & grandines ſicut periti aſtronomi:ymo demon aliquando ad nutum eorum grandines deſcendere facit in loco ubi eis placet: Nec res iſta uideatur mirabilis: quia ſecundum Auguſtinum in tertio de trinitate:magy Pharaonis fecerunt ueros ſerpentes & ueras ranas:& ſecundum beatum Thomam: Albertum magnum:Petrū de Tarentaſia: & multos alios in ſcripto:ſuper ſecundum ſen.diſt.viii.ergo multomagis poſſunt facere grandines Sciendum tamen eſt:q̄ faciūt hoc modo ſecundum Auguſtinum in quantum in elementis ſunt quedam ſeminarie uirtutes quas ipſi optime cognoſcūt: ex quibus ſi in unum colligantur reſultant effectus proportionati non q̄ ipſi proprie talia faciant: ſed natura ſicut theologi

communiter tenent. Possunt etiam ignem de celo mitter: suscitare uentos: ruere domos: sicut expresse patet in Libro Iob. & Augustinus in .xx. de ciuitate dei ait. Non enim quā do ignis de celo cecidit & tantam familiam cum tantis gre gibus pecorum sancti Iob uno impetu assumpsit: & turres irruens: & domum decidens: filios eius occidit fantasmata fuerunt que tamen fuerunt opera sathane. Non sunt ergo derridendi similes qui dicunt q̄ talia demones faciunt po- test etiam demon reuelare ea que secreto in curiis domino rum dicuntur & tractantur: & ea que prophete dixerūt que aliquando nobis sunt occulta. Hos modos ponit Augusti- nus īn libro de natura demonum: Non est ergo mirādum si tales sciant multa futura ex reuelatione demonum: peri- culosum tamen est demoni credere: Cum enim mendatiū loqtur ex propriis loquitur. Io. nono. c. & ideo si tales mul- ta falsa dicunt: non est mirandum. De futuris tamen contin gentibus que non habent causas determinatas: de quibus i telligitur illa auctoritas Ysaie: & similes .xxxxi. c. anuntiate que uentura sunt in futurum & sciemus quia dii estis uos: quorum cognitio ē solius dei: nichil ad presens dicam: quia in questi one quadam que incipit: fatum dicens ordinē quo superiora agunt in inferiora detur: multa de diuinis dico qui proprie sunt illi qui sibi huiusmodi cognitionem usur- pant: ubi etiam probaui q̄ ueri astrologi non sunt debite loquendo diuini nuncupandi: Nec contra hos disputat Au- gustinus in quinto de ciuitate dei & in secundo de doctrina christiana: nec Ambrosius in quarto libro exhameron: & Gregorius in omelia de epyphania domini. ubi dicit. Ab- sit a fidelium cordibus ut fatum esse aliquid dicant: sed con tra aliquos falsos astronomos si astronomi dicendi sunt: qui secundum. Albertum magnum in secundo phytico- rum ponebant fatum necessitatis: & dicebant q̄ in nati- uitate cuiuslibet relicta erat qualitas & dispositio ex mo- tu & situ stellarum que necessitatem rebus imponit tam in naturalibus quam in uoluntariis: iuxta illud. Sene che. Ducunt uolentem fata: nolentem trahunt. Veri

autem astrologi dicunt q̄ influxus celestes non necessitant dicente domino ptholomeo de cētiloquio propositiōe .prima:Hec iudicia que tibi tradā sunt inter necessariū & possibile :Dicūt tamen q̄ inclinant cui iclinationi fieri potest resistentia a uoluntate nostra que per se non est subdita ifluentiis celestibus :Nec descendendum est ad quācūq; particularitatem teste domino ptholomeo in eadem propositiōe qui sic ait. Astrologus non debet dicere rem specialiter sed uniuersaliter ut qui in cōmuni uidet rem aliquam :& ideo beatus Thomas in prima parte .q.c.xv. articulo quarto sic ait .pauci sunt sapientes qui huiusmodi passionibus ad q̄s inclinantur ex dispositionibus celestibus sciant resistere :iō astrologi ut in pluribus uera possint predicere dicunt maxime in cōmuni non autem in speciali :quia nihil prohibet aliquem hominem per liberum arbitrium passionibus resistere :unde & ipti astrologi dicunt q̄ sapiens homo dominabitur astris scilicet dominabitur suis passionibus ad quas astra inclinant .Et ita patet q̄ astrologi non sunt proprie diuini quia non usurpant sibi cognitionem eorum que nō habent causas determinatas nam corpora celestia naturaliter agunt in ista inferiora & sunt cause ordinatissime in agēdo dato q̄ aliquando eorum actio impediatur aut ex indispositione passi. sicut aliquando sub eadem constellatione nascuntur gemini quorum unus erit masculus alter femina aut ex libertate arbitrii nostri qui per se huiusmodi influentiis non subditur dato q̄ sepissime flectatur uoluntas nostra ab huiusmodi influentiis ad eas quas inclinant. passiones sequendas. Sed quia ut dixi multa de astrologis :diuinis . uariis que superstitionibus in questione de fato & approbo & improbo ideo ad presens supersedeo: quare & cetera.

Ad tertium quando dicitur q̄ dantur homines qui nunquam sompniauerunt :Dico q̄ si talia fierent solum modo in sompniis non admitteretur casus secundum .Sophistas quia directe repugnaret positioni nostre :posito autem quod similia non solum nobis dormientibus sed etiam uigilantibus fieri possint tunc argumentū nihil probat

ſed factum ſit propter eos qui putant huiuſmodi tantum ſompnia eſſe quare.&c.

Ad quartum quando dicitur:infantes realiter moriuntur.Dico q̄ demon hoc facit:& ideo notanter Auguſtinus dixit:q̄ ſpirituum malignorum incurſus: & non ſtriarum patiuntur.& Hyeronimus q̄ a demonio corripiuntur :& non a Lamiis:ſicut etiam filios Iob interfecit. Iob. primo .c.& ſeptem uiros Sarre filie Anne & Raguelis:Tobie ſepti mo.c.Non nego tamē quin poſſint interficere pueros quā-do eos habent in poteſtate ſua ſicut ſinguli homines facere poſſunt.Sed quis ita dicere poſſet: uidetur q̄ deus ſit iniuſtus ſi fas eſt dicere permittens iſta fieri in infantes & exerceri qui ſunt puri & innocentes.Reſpondetur: q̄ ex hoc in nullo apparet iniuſtitia diuina:Nam tales infantes bapti zati uolant ad ſuperos ubi ſine fine beatam uitam ducent. Poſito etiam q̄ tales non ſint baptizati:dato q̄ communiter baptizatos accipiant:ſicut tales fatentur: adhuc nulla eſt iniuſtitia: quia ſi ſuperuiuerent fortaſſis dampnarentur: Sed ſi moriuntur non baptizati ante uſum rationis.deſcendunt ad Limbum puerorum ubi nulla eſt pena: ymo magnam delectationem habent in cognitione eorum que naturaliter cognoſci poſſunt ſecundum beatum Thomam in queſtionibus de pena peccati originalis. Ex parte etiam eorum qui perpetrare malum putant in quibus uoluntas pro facto habetur:nulla eſt iniuſtitia:Tales namq̄ deſerunt uerum deum:& demonum uolunt fieri ſerui: Quanto ergo plura mala perpetrauerint:tanto magis efficientur dyaboli membra acriuſq̄ punientur. Datur etiam aliquando poteſtas demoni in ſeruos chriſti ad probandam eorum patientiam:Ideo magiſter ſententiarum in ſecundo di.ſeptima ſic ait.Poteſtas a deo data eſt: ſcilicet: demoni: uel ad fallendum fallaces:uel admouendum fideles:uel ad excitandam probandamq̄ iuſtorum patientiam. Sed quis etiam poſſet dicere:ſi demon habeat poteſtatem ſuper peccatores:ſcilicet:interficiendi eos?Et uidetur q̄ ſic: Nam interficit(ut dixi)innocentes:ergo multo magis poteſt interficere peccatores.Reſpondetur:q̄ demon tātum poteſt quan-

tum deus illi permittit: & aliquando deus permittit q̄ demon faciat maiora & nō minora ſicut legitur Exodi. c. ſeptimo q̄ magy pharaonis fecerunt ueros ſerpentes & ueras ranas ſecundum Auguſtinum in tertio de trinitate: & non potuerunt facere cynifes qui nichil ſunt ī comparatione ad ſerpentes ad declarandum: q̄ demones non poſſunt niſi que deus permittit: & aliquando permittit minora fieri & non maiora: De multis etiam legitur q̄ propter ſcelera ſua interfecti ſunt a demone. Sciendum eſt q̄ demones non faciunt quicquid facere poſſunt ſicut & nos: dicente magiſtro ſententiarum in ſecundo diſ. ſeptima. Illud quoq; ſciēdum eſt q̄ angeli mali quedam poſſunt per nature ſubtilitatem: que tamen non poſſunt propter dei uel bonorum angelorum prohibitionem: id eſt: quia non permittuntur ea facere a deo uel ab angelis bonis. Quia in argumento facta fuit mentio de corpore chriſti: quia uidetur res mirabilis q̄ permittatur ſe pedibus conculcari. Dici poteſt q̄ permiſit ſe crucifigi: ergo multo magis poteſt permittere ſe pedibus conculcari quare & cetera.

Vel meo modo adde huic reſponſioni auctoris & dic. q̄ per hoc q̄ permitat ſacrificium iſtud corporis ueneranduṁ conculcari pedibus: non eſt mirandum tanq̄ contrarium diuine bonitati ſue: cuius ineffabili pietate etiam cottidie permittit ſe in altari ſummi tam a bonis q̄ a malis: ymo & a concubinariis: ſacrilegis: raptoribus: homicidis: & ſceleſtibus innumeris: Nec ideo minuitur dei uirtus: potentia: ſapientia: intelligētia: bonitas: & cetere eius proprietates ex hac indigna & dampnabili ſumptione: quia fit nō ad iniuriam ſacramenti que uertatur in diminutionem diuine prouidentie: ſed in dampnationem eternam indigne ſummentis: dicente apoſtolo: poſt probationem quam prius docuit fidēdam: qui manducat & bibit indigne iuditium ſibi mānducat & bibit nō diudicans corpus domini. Et ideo in ſimili: per talem conculcationem pedum ut ſupra: nō cōculcatur nec in aliquo leditur diuina maieſtas ſui reſpectu: ſed tantum quo ad effectum conculcantium & peruerſam intentionem in quorum capud conuertitur dolor: a quibus

ut propheta ait longe eſt peccatoribus ſalus :& ſicut īdigne ſummẽtes nō ueꝝ ſummūt corpus chriſti quo ad uirtutẽ diuinorū & efficatiam:ſed tātum quo ad eorum iuditium & ulctionem īdigne ſumniẽtium:ſic eum pedibus cōculcātes nō illi diuine maieſtati obprobrium afferūt:ſed tātum cōtra ſe dei īdignatōnem prouocāt ad uindictā:ut de blaſphematoribus poteſt idem argumẽtari:īſuflātibus ī puluerem cōparatis:qui & ſi crudeliter blaſphemẽt:nichil tamẽ de illius gloria minuunt atq; maieſtate :q̄ nec augeri nec minui poteſt dicẽte ꝓpheta:Magnus dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius nō eſt finis:Irrogatur ergo nō chriſto iniuria que ledat diuinam maieſtatem:ſed q̄ ꝓnitioſe cōdẽpnet pedib⁹ cōculcātes:Nam q habitat ī celis irridebit eos: & dominus ſubſanabit eos:cū loquetur ad eos ī ira ſua & in furore ſuo cōturbabit eos.Nec mirū ſi nō mōſtratur ex tali ſcelere miraculum:qa alias multa oſtēſa ſunt:& ī oſtēſione miraculorū ꝓcederet ī infinitū cōtra Ariſtotelẽ cū cottidie malis noſtris actionibus ꝓuocet deus:nec fides noſtra ī miraculis habet uirtutẽ:Nā fides non habet meritū ubi humana rō p̄ſtat expimētū.Nō enim ſolū ꝓcutit deus temere tantū tractātes ſacramētū ut de Oza legit q̄ percuſſus fuit a domino ſup temeritatem & interiit quia extenderat manum ut ſuſtineret archam quoniā boues calcitrabāt ſed & ſeruis ſuis ꝓphetis īſultantes atq; īproperantes .Nam Dathan & Abiron uiuos terra abſorbuit ob cōtumeliā & irreuerētiā quā īferebāt Moyſi ſeruo dei .Si de⁹ cōtumeliā ſeruo illatā ulciſcit :quāto magis ſibi irrogatā uidicabit?Nemo ergo iuditiū ſe credat euadere diuinū q cōtumelioſe tm̄ p̄ſumpſerit tractare ſacramētū. Ad qntū ſcilicet q̄ multis uidet̄ qua ſi īpoſſibile ē ut oīno ſit falſū:Sic itelligit̄:multis nō deceptis nec illuſis:Nā ſi plures eſſēt febricitātes qb⁹ uinū uideret̄ amarū q̄ ſani:nō eēt iudicā dū de uini dulcedie fm. iuditiū febricitātiū ſed ſanorū.Vl̄ ſic.Quod plurib⁹ uī ſ. ſapiētib⁹ nō āt uulgarib⁹ quorū opīo rara cū ſapiētia cōueit:Nā uulgares dicūt q̄ felicitas cōſiſtit ī diuitiis:ſapiētes uero ī opatōe anie fm uirtutē pfectā ꝓut philoſoph⁹ dicit ī prīo ethycorū:que uirtus perfecta qua utitur felix in uita ciuili eſt prudentia:

in cõtemplatiua autem eſt ſapientia & tamen in hac re :& in aliis magnis atq; arduis non ſequitur uulgarium qui plures ſunt ſapientibus oppinionem ſed eornm qui recte ſapiunt ſed aliquis poſſet dicere magnam admodum parit admirationem q̃ nobis uigilantibus appareat q̃ portemur ad certa loca & quieſcamus Reſpondetur q̃ beatus petrus actuum .xii.c.quando liberatus fuit de carcere ſequebatur angelum & neſciebat quia uerum eſſet quod fiebat per angelum putabat enim ſe uiſum uidere :mouebatur enī beatus petrus & tamen putabat q̃ quieſceret :ſimiliter nobis ſtantibus in naui apparebit aliquando q̃ arbores exiſtẽtes ſuper litus uelociſſime moueantur & ligna in fluuiis exiſtẽtia quando apparet aliqua pars ſupra aquam ſi nauis magno impetu deſcendit uidẽtur aduerſus nos maxima celleritate uenire & tamen quieſcunt .In ſompniis etiam uidebitur nobis aliquando q̃ naturaliter portemur de loco ad locum & multa terrarum ſpacia tranſceamus cum ergo deus optime cognoſcat huiuſmodi apparitionis cauſam: non eſt mirãdum ſi hoc nobis uigilantibus faciat immo uidetur aliquãdo nobis q̃ ſimus in uno loco & erimus ī alio ſicut declarabitur ī reſponſione argumenti proxime ſequẽtis & multis uidetur q̃ multa uideant que tamen nõ uidẽt quare & cetera.

Ad ſextum quãdo dicitur q̃ aliquãdo uulnerãtur que ī trãt domos ī formis gattarum & cetera dico q̃ demon in forma prout itrat domum & quicquid agit demon :ex illuſione dyabolica apparet ei que putat firmiter ſe cõuerſam ī gattam q̃ ipſa agat & q̃ percutiatur a patre infantis cum tamen demon percutiat eam in lecto exiſtentem & q̃ aliquando nobis uideatur q̃ aliquid faciamus &. reperiatur factum ſicut nobis apparuit & tamen demon non perfecerit probatur per Auguſtiũ in .xviiii.de ciuitate dei .c.xviii. qui ſic ait Quidam nomine preſtantius patri ſuo contigiſſe indicabat ut uenenum illud & iſtud & id de quo ſuperiuſ dixi quod dabant ille ſtabularie mulieres per caſeum ī domo ſua dum ſũmeret & iaceret in lecto quaſi dormientis: qui tamen nullo modo poterat excitari :poſt autẽ aliquot

dieſ eum ueluti euigilaſſe dicebat & quaſi ſompnia narraſſe que paſſus eſt caballum :ſcilicet factum:ānonam inter alia iumenta baiulaſſe hominibus que dicitur .Retica quoniā ad Retias deportatur quod ita ut narrauit factum eſſe con pertum eſt que tamen ei ſompnia ſua uidebantur iudicauit & aliud ī domo ſua per noctem anteq̄ requieſceret uidiſſe uenientem ad ſe philoſophum quendam ſibi notiſſimum ſibi q̄ expoſuiſſe non nulla platonica que antea rogatus ex ponere noluiſſet & cum ab eodem phyloſopho queſitum fuiſſet :cur in domo eius fecerit quod in domo ſua petenti negauerat non feci inquit :ſed me feciſſe ſompniaui .Ex iis duobus exemplis expreſſe patet q̄ impoſſibile ſit idem corpus numero eſſe ſimul ī diuerſis locis q̄ uideatur nobis q̄ aliquid faciamus & reperiatur factum ſicut apparuit no bis :& tamen demon id peregerit ſicut fecit in defferendo ānonam & in exponendo illa.Platonica etiam beato Am broſio apparuit q̄ faceret offitium in exequiis beati Marti ni dicit enim:eius funeri obſequium prebui ſed ultimam orationem uobis excitantibus explere non ualui & re ipſa ita iuentum fuit ſicut ipſe retulit & tamen ſecundum .Egi dium ī quoddam quolibet ubi querit an beatus Ambroſi⁹ interfuerit exequiis beati Martini :dicitur :q̄ angelus bon⁹ in forma beati Ambroſii fuit ī ciuitate Turonenſi:& uerū corp⁹ beati Ambroſii erat Mediolano & ita patet q̄ idem corpus numero non ſit ſimul ī diuerſis locis .Simili modo dicendum eſt de Symone mago:q̄ uerum corpus ſuū erat in conclaui dum loqueretur cum Nerone: & demon ſicut legenda dicit in eius ſpecie foris loquebatur populo. Ex iis ergo patet q̄ nobis uidebitur ut aliquid faciamus & repe riatur ita eſſe factum & tamen non a nobis ſed ab alio. eti am manifeſtum eſt q̄ uidebitur uni q̄ ſit in uno loco :& erit in uno alio :ſicut beato Ambroſio uidebatur q̄ eſſet in ciuitate Turonenſi & erat Mediolani etiam ſeruis regis Syrie qui miſſi fuerant ad capiendum Helyſeum quarto re gum.c.vi.uidebatur q̄ nō eſſent in dotaim .facta oratione ab Helyſeo :& q̄ Helyſeus non eſſet ante oculos eorum & tamen & ipſe Helyſeus erat ibi & illi erant in dotaim.Ecce

quanta fraudolentia utitur demon ad illudendos homines facit enī q̄ una res uidetur alia: q̄ appareat nobis q̄ portemur ad aliqua loca :& ſimus ubi non ſumus :& ut firmius inducat homines ad credendum ſimilia eſſe uera & non ludificatoria aliquando eos qui huiuſmodi non adherent. temptando tamen demonem ſcilicet aſcendendo ſuper illos baculos unctos deffert ad loca remota & ibi eos relinquet ut inducat non adherentes ad credendum hunc ludū eſſe uerum & credentes magis confirmet .Si quis diceret: apparet tali delato ad illas longinquas partes q̄ uideat ibi homines dato q̄ ſtatim diſparent dico q̄ demones ibi poſſunt apparē ſicut patuit ī exēplo ſancti Germani & beat⁹ Germanus realiter erat ibi & tamen deceptio erat ex parte eorum qui putabant tales demones eſſe ueros homines :& ex parte eorum qui putabant ſe ire ad illum ludum .Ita etiam quis non credens nec de ſocietate exiſtens realiter poterit ad aliquē locum defferri :& tamen erit illuſio: & ex parte eius qui realiter eſt ibi credendo illos eſſe ueros homines cum ſint demones & ex parte eorum qui putant ſe ire ad illum locum cum tamen non uadant quare & cetera.

Ad ſeptimum de maleficiatis que ſecundum cōmunem opinionem ſunt uera.dico q̄ non eſt ſimilitudo quia iſta ſunt ut plurimum in ſompniis maleficia autem non etiam concederem q̄ realiter magy aliquando portantur de loco ad locum & tamen auctoritas decreti negat q̄ ſimiles deferantur ad locum ubi iſta domina ludi reſſidet. Aliqui dicere uoluerunt: q̄ maleficium & frigiditas cōplexionis idem ſunt .Sed ſine dubio apud recte intelligentes hoc eſt manifeſte falſum .Nam ut experimento patet aliqui ſunt ita maleficiati q̄ unam & aliquando pulchriores non poterunt cognoſcere .& turpiores cognoſcent mulieres etiam beatus Thomas in ſcripto ſuper quartum ſen.di.xxxiiii.dicit .Ex maleficio homo poteſt eſſe īpotens ad unam & nō ad aliam .Dominus Hoſtienſis in ſumma libro quarto Rubrica .xvii.de frigidis & maleficiatis pagrapho q̄ īpotentia uerſi.occulta .& ſequenti:dicit q̄ aliquando maleficiantur

homines ita ꝙ redduntur ipotentes omnibus preter uni: & ſi illa ſit uxor bonum eſt ſortillegium: Aliquando male ficiatur homo adeo ꝙ non poteſt cognoſcere uxorem ſed bene cognoſcet omnes alias :Sed frigiditas naturaliter eſt ipotens equaliter ad omnes ergo non eſt maleficium frigiditas naturalis etiam fruſtra poneretur illa communis diuiſio & theologorum & canoniſtarum in tractatu de impotentia coheundi que aliquando impedit matrimonium que talis eſt .Due ſunt huiuſmodi ipotentie: ſpecies una naturalis ſicut frigiditas cōplexionis altera accidentalis: ſicut maleficium :Si enim eſſent idem :utrunq; aut eſſet naturale:aut artificiale:cum iſta inter ſe multum differant etiam mutatio complexionis frigide :in temperatam uel calidam:aut econuerſo :non poteſt fieri ſubito :ſed cum magnis & non breuibus medicorum remediis: ſed per maleficium ſtatim quis efficitur impotens & remotis certis rebus in quibuſdam locis fit potens ſicut experimento patet:Etiam maleficia fiunt arte demonis ſicut omnes cōcedunt: ſed frigiditas prouenit ex cōplexione ergo non ſūt idem quia diuerſarum cauſarum diuerſi ſunt effectus .quare & cetera.

Ad octauum & ultimum argumentum reſponſum fuit ſcilicet ꝙ poſſibile eſt ꝙ tales uadant uel defferantur :& cū hoc ſtat ꝙ nec defferantur nec uadant realiter. Sciendum eſt ꝙ aliqui theologi uiſionem ymaginariam uiſionem: ſpiritualem uocant :Quando ergo dicitur ꝙ iſte mulieres aliquando ſpiritu uadunt ad ludum non eſt intelligendum ꝙ eorum ſpiritus ſeparetur a corpore & ille uadat corpore manente in lecto quia ſecundum philoſophos: mors nil aliud eſt q̄ ſeparatio a corpore nec homines mortui reſuſcitari poſſunt a demone :ſed dicuntur ire in ſpiritu inquantum uiſione ſpirituali talia uident :ſicut etiam beatus . Ambroſius in ſpiritu erat in ciuitate .Turonenſi in quantum ſibi omnia repreſentabantur que in funere illo fiebant .

Sed quia facta fuit mentio de generatione: ideo uidendum eſt quomodo angeli tam boni q̄ mali poſſint opa uir

tutis uegetatiue & ſenſitiue exercere? Pro cuius intellectu ſummendum eſt quod dicit beatus Thomas in ſcripto: ſup ſecundum ſen. diſ. octaua. Angeli corporibus aſſumptis: uitam non influunt ſed tantum motum: omnes ergo operationes que conſequuntur corpus uiuum: non poſſunt angelis in corporibus aſſumptis conuenire: ſed tantum illa que conſequuntur corpus mobile inquantum mobile: ut mouere: impellere: diuidere: & huiuſmodi. Vt hoc dictum beati Thome intelligatur clarius: deſcendamus ad exempla magis ſpetialia illa que dicunt motum aliquem realiter poſſe angelis conuenire: Cum ergo contritio cibi & tractio: motum quendam dicāt: & uox cum ſit quedam aeris percuſſio ſecundum philoſophum in ſecundo de anima que non poteſt fieri abſq; motu: etiam motus cuiuſcunq; mēbri & corporis aſſumpti alicui angelo realiter conuenire poſſunt: & ita patet q̄ angelus poteſt realiter cōterere cibum & deglutire: & formāre uoces: & corpus aſſumptum atq; alienum de loco ad locum mutare: & ideo non eſt mirandum ſi ille bonus hoſpes ſancti Germani inueniebat cibos conſumptos: cui beatus Germanus rem utilem fecit. Etiam āgeli qui apparuerūt Abrahe. Geneſis: viii. c. & angelus Raphael qui apparuit Tobie: realiter commedit in quantum contriuit cibum ipſumq; cōſumpſit: non tamen conuerſus eſt ī corpus aſſumptum: quia talis operatio eſt corporis uiui ī quātum uiuum: ſed ī aerem ſecūdū aliquos. Et ita ceſſat obiectio illa que fieri poteſt: Inuenitur cibus cōſumptus: ergo tales realiter cōmedūt. ex dictis manifeſte patet argumētum nullius eſſe roboris: Sed quia uidere: audire: generāre: & ſimilia: ſunt operationes corporis uiui īquātum uiuum: ideo āgelus nō uidet per oculum corporeum ſed mētis: nec audit per timpanum auris: ſed per ſpeties ſuas intelligit ſonos: nec ridet quātum ad exhylaritionem cordis: que eſt operatio corporis uiui inquantum uiuum: ſed bene quantum ad formationem uocis ſimilis uoci ridētis.

Circa generatōnē: ē ſciēdū ſm beatū Thomam ī prima parte. q. c. li. articulo tertio q̄ ſi ex cohitu demonum aliqui interdum naſcantur: hoc non eſt per ſemen deciſum: aut a

corporibus assumptis sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum :ut pote:idem demon qui est subcubus ad uirum fiat incubus ad mulierem :sicut & aliarum rerum semina assummunt ad aliquarum rerum generationem :ut Augustinus dicit in tertio de trinitate ut sic ille qui nascitur non sit filius demonis :sed illius hominis cuius semen est acceptum .Et super secundum sen. assignat causam :quare illi uiri famosi essent maiores ceteris dicēs q̄ demones possunt scīr uirtutem seminis decisi ex dispositione eius a quo decisum est:& similiter mulierem proportionatam ad susceptionem illius seminis & iterum constellationem iuuantem ad effectum corporalem scilicet optime cōplexionis in genito quibus omnibus concurrentibus possibile est sic genitos magnos esse uel fortes :Cū hoc etiā stat q̄ aliqn̄ generentur gigantes absq; demonis operatione quia omnes predicte cause sunt naturales.

Sciendum etiam est q̄ ista ars secundum .Isidorum in octauo ethimologiarum ex quadā pestifera sotietate hominū & angelorū malorū exorta ē :Nec huiꝰ artis oblectamētis corporalibꝰ delectatur hostis antiquꝰ sed hoc facit ut nos ī perditionem trahat.Et iō beatꝰ Thomas dicit ī .i. parte. q. .lxiiii. articulo secūdo demones nō delectanť obscenitatibꝰ carnaliū peccatorū quasi ipsi afficiant ad delectationes carnales sed hoc totū ex īuidia procedit q̄ in peccatis hominū quibuscūq; delectent inquātum sunt ipedimenta humani boni quare & cetera.

Vltimo quis querere posset quare similia magis habundant in mulieribus q̄ inuiris.Respondet Raynerius in summa sua in fine tractatus de sortibus dicens :Doctrina dei descendit a deo in christum & a christo in uirum & a uiro in mulierem & hunc ordinem tangit apostolus in pria ad corinthios .c.ii.doctrina autem diaboli transfusa fuit a demone ī mulierem geneſis.capitulo tertio ut pote que minꝰ habebat de sensu & discretione spiritus & per mulierem in uirum & ideo citius & frequentius hec predicta peccata īueniuntur in sexu muliebri q̄ uirili quare &ce.

Hec illustissime princeps de lamiis dixerim. D.G.A.

Donus Aluiſius de la cruce. Careuallis monachus & decretorum doctor pro continuatiõe ſequentium franciſcho boſſio amico ſuo ſalutem plurimam.

Lacet iis cõgruenti cõnexione mi dilecte franciſce boſſie id de quo ad precedẽs queri poſſet anecti eiuſdem auctoris uenerandi magiſtri Hyeronimi aliud non minus opus laude dignum iprimẽdum an ſcilicet iſte lamie uel ſtrie :de quibus in ſuperioribꝰ eſt habita determinatio.uelud heretice ſint iudicande piter & cõdemnande Scis enim qua dilectione & fide rogaueris tradi catheractandum opus premiſſum eiuſdem uenerãdi patris Hyeronimi uere ne:an fantaſtice ſeu apparẽter huiꝰcemodi Lamie uadant ad ludum pollite diffinitum & terſe quod uoluntarie nõ alio uinctus q̃ charitatis ligamine nec dum iuxta nota negaui uerum & ſcripſi & libenti animo tradidi:cui & ad ſolutionem addidi .cur chriſti corpus ſcilicet ab iſtiuſmodi ſceleratis ſe pedibus permittat conculcari.Voluntarie inquã dixerim dedi iſtum tractatum lamiarum artificialibus cõprimendum elementiſ nimia tua dilectione uinctus ſtudentium utilitate certus uera q̃ eius motꝰ doctrina qua perfacile reducãtur ad ueri cognitionẽ decepti falſitatibus .Tante enim in ſe ẽ dignitatis preclarũ opus doctrina tua auctoris uirtute & excelſi principis maieſtate cui porrigitur q̃ iure aliquo quaſi theſaurum penes me reconditum celare nequiuerim :eadẽ nempe nos genuit patria nos eadem temporalis iuriſdictio ligat ſubeodem etiã celeſti imperatore regenerati ſumus. Hoc itaq̃ laudabile opus ideo tanto pretioſius erit exiſtimandum quanto rariꝰ ſit inter gẽtes repertum haud a me abſconſum uniuerſali utilitate premiſſa .Omne enim bonum in cõmune redactum pulchrius eluceſſit Hinc Ambroſius dicit ī ſimili.In diuinis ſcripturis reus aſſcribitur qui non ſtuduerit gratis dare quod ipſe gratis habuerit.Nempe iſtud(ut generoſitatẽ cõcedentis agnoſcas(apud paucos iuentum habui a preſtãtiſſimo ducali cirugico magiſtro gabriele birago omnis bo

ne margarite ſapientie queſitore iuentore: emptore: ac cō
ſeruatore michi q; ſecundum carnem cariſſimo cognato
propter claram ſororem meam dilectam quam legiptimā
habet uxorem. Ipſum poſteaquā opus habui ſicuti theſau
rum penes me abſconditum: ut in lucem prodiret ueritate
polens haud primo & precipuo patri meo obſeruādiſſimo
& reuerēdiſſimo domino bonifatio ſimonete celaui abba
ti ſancti Stephani ordinis ciſtercii decretorum eximio doc
tori atq; artiū profeſſori nec nō omni genere dicendi orna
tiſſimo medicineq; nec ignaro ac inſigni aſtronomo ſub
cuius culmine doctrine humilis doctor ſedeo: immo &
pro munere cum tractatu artis magice quem alio tempo
re ſtampandum reſeruo tradidi merito: ut ex eo quā frugis
ſit animaduertat omnium ſcientiarum interpres magni
ficus & monarcha. Habet quippe in ſe opus doctrinam ſa
nam ſale conditam ueritatis aduerſantem nōnullis erro
ribus uulgarium de lamiarum & connexorum ambiguita
tibus que uirum ſane condam Hyeronimum & nobili pro
ſapia uicecōmitem ſūma ſapientia notat: adhuc ipſius mo
res uti ſtella rutillant matutina in ordine predicatorum:
potiſſime ubi multum conuerſarat in conuentu ſcilicet
ſancti euſtorgii apud quos nunc poſt mortem collenda ma
net memoria in mortalis operibus hac uirtutibus claris
fuere q;plures litteratiſſimi: mea tempeſtate religioſi pre
facti ordinis inter quos Iſte Hyeronimus moribus & ui
ta refulſit: & Ioachim ſapientia claruit atq; philippus. Ma
gnerius preceptor meus & pater optimus doctrina inſi
gnis & religione ac morum honeſtate preualuit magiſtro
rum doctrina quorum cum philippi fratre adhuc ſuperſti
te petro fulget eccleſia ut ſol & luna: Hos colo tres mor
tuos in uia: immortales in patria nunc clara fama uiuen
tes in omni ſanctorum eccleſia. Is merito Hyeronimus
precedens ſuum direxit opus. Illuſtriſſimo principi. Fran
ciſcho Sfortie: ad quem: de huiuſmodi ſpectabat lamiis
ſi iuſte dampnarentur intendere: ne ſcilicet: incuria ſua
aut iicia. ſpirituales iudicet ad quos talium ſpectat īquiſitio
dampnādorū iniq; dimitterēt iudicib⁹ puniēdas ſeculārib⁹

quiq; pro ſua inata cupiditate ueri inueſtigādi & cognoſcē
di preclara omnia mirum imodum ſtudioſus erat illuſtriſſi
mus princeps ſue patrie pater optimus. Quante excellētie
& generoſitatis fuerit princeps iſte illuſtriſſimus(qui inter
nos mortales utinā adhuc uiueret)preſtantia :excellentia:
prudentia:facundia:magnanimitate:ingenio:atq; ſapiētia:
non ego inops dicēdi genere narrabo:ſed illius preclara ge-
ſta que magnopere fecit in omnem terram ubi exiuit ſon⁹
eorum annuntiabunt & cottidie teſtificantur. Iſtum adhuc
piiſſimum laudāt:iſtum clementiſſimum magnificant:iſtū
ſereniſſimum principem operibus ſuis paternis extollunt
mirifice haud degenerem illi⁹ excelſi principis filii:Reuerē
diſſimus dominus cardinalis dominus Aſcanius Maria:Lu-
douicus illuſtris Barri dux:& nobiliſſimus Philippus:ac de-
niq; natus excelſi & prudētiſſimi patris Galeazei Marie Me
diolani condam ducis ab eo franciſcho cōdam ſereniſſimo
principe dux proueniens Ioannes Galeaz inuictiſſimus prī
ceps cum Hermete Magnifico fratre ſuo:quorum omniū
prudētia & affabilitate:pene tota Italia & gubernatur duce
deo & regitur. At ne uideamur iis noſtris interlocutionib⁹
mi franciſche terre principibus blandiri aut commodi tem
poralis cuiuſuis conſequendi gratia aplaudere: quos mage
ſubditi iuxta aplm amam⁹ humiles:ac diligimns unice:ſin
cereq; colimus:nunc laudum arcem tam ſublimium domi-
norum pretereamus atq; longiorem peregrinationem :&
ad propiorem patriam iis dimiſſis accedamus:Notum ſatis
eſt quanta pace & bonorum luxuria iſtorum iuriſdictione
inſubres gloriantnr. Accipe igitur iam frāciſche mi dilecte
quod dandum rogaſti ut imprimatur:cui & pro meo uoto
ad utilitatem legentium & dulcis noſtre patrie Mediolani:
que ſequuntur anecte. Nec te ex aſperare uideantur expē-
fiende pro huiuſmodi additione operis imprimendi: quo-
niam populus iſte gratiſſimus eſt & magnific⁹ merito om-
nibus opibus preferendus:que cum hec legerit: te premiis
ditabit:teq; laudibus beatificabit:Non magna res eſt quam
peto:ſed parua:frugis:& pretioſa:Te cogor:ne michi aduer
ſeris:nam prius me coegiſti: feci quod iuſſiſti: quod precor

amplecte. Verumtamen anteq̃ ad tractatum ipſum ſequẽs deſcendam trium capitulorum cum in eo & in antecedẽti ſit baſſis(teſte horum auctore Hveronimo)capitulum epiſcopi.xxvi.q.vii.prius illud cum ſequẽti:propter materiam malefitiorum:ut de iis clarior habeatur notitia tam per canoniſtas quorũ ſunt:q̃ per ſũmos theologos ea hic ſubiici am:quorum textus cum ſupraſcriptione primi capituli:qd ſcilicet ſit de lamiis ſentiendum.ne prolixior fiam tali ſerie proſequitur in dicta cauſa & queſtione:uidelicet.

Ex concilio Acquirenſi.c.primo.

e Piſcopi eorũq̃ miniſtri oĩbus modis elaborare ſtudeant:ut pnitioſam & a Zabulo inuentam ſortilegam & magycam artem ex parochiis ſuis eradicent:Et ſi aliquem uirum aut mulierem huiuſcemodi ſceleris ſectatorem inueniunt turpiter de honeſtatum de parrochiis ſuis deiiciant. Ait enim apoſtolus.Hereticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem de uita:ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt. Subuerſi ſunt & a dyabolo captiui tenẽtur:qui relicto creatore ſuo dyaboli ſuffragia querunt:& ideo a tali peſte debet mundari ſancta eccleſia:Illud etiam non eſt obmittendum: q̃ quedam ſcelerate mulieres retro poſt Sathan conuerſe demonum illuſionibus & fantaſmatibus ſeducte:credunt ſe & pfitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorum :uel cum Herodiade:uel cum ĩnumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias.& multarum terrarum ſpatia in tempeſte noctis ſilentio pertranſire:eiuſq̃ iuſſionib' obedire uelud domine:& certis noctibus ad eius ſeruitium uocari:Sed utinam hee ſole in perfidia ſua periſſent: & nõ multos ſecum ad infidelitatis ĩteritum pertraxiſſent: Nam & innumera multitudo hac falſa opinione decepta: hec uera eſſe credunt:& credendo a recta fide deuiant:& errore paganorum ĩnuoluuntur cum aliquid diuinuitatis aut numinis extra unum deum arbitrantur: Qua propter ſacerdotes per eccleſias ſibi commiſſas:populo dei omni in-

ſtantia predicaī debent ut nouerint hec omnino falſa eſſe: & non a diuino ſed a maligno ſpiritu talia fantaſmata mentibus fidelium irrogari arbitramur: Si quidem ipſe Sathanas qui tranſfigurat ſe in angelum lucis: cum mentem cuiuſcunq; mulieris ceperit: & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit: illico tranſfigurat ſe in diuerſarum ſpeties perſonarum atq; ſimilitudines: & mentem quam captiuam tenet: i ſompniis deludēs: modo leta: modo triſtia: modo: cognitas modo incognitas: perſonas oſtendens: per queq; deuia deducit: & cum ſolus ſpiritus hoc patitur. infidelis hoc non in animo ſed in corpore euenire opinatur. Quis enim in ſompniis & nocturnis uiſionibus non extra ſeipſum educitur: & multa uidet dormiendo: que nunq; uigilando uiderat? Quis uero tam ſtultus & hebes ſit: qui hec omnia que in ſolo ſpiritu fiunt: etiam in corpore accidere arbitretur: cum Ezechiel propheta uiſiones dei in ſpīritu non in corpore uidit & audiuit ſicut ipſe patim inquit: fui in ſpiritu: & paulus non audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaq; publice annuntiandum eſt: q; qui talia credit & iis ſimilia: fidē perdit: & qui rectam fidem non habet: hic non eſt eius: ſed illius ī quē credit: id eſt: dyaboli. Nā de domino noſtro ſcriptū eſt: oia p ipſū facta ſunt: & cetta. Quiſq; ergo credit. poſſe fieri aliqua creaturā aut ī melius aut ī deterius immutari aut trāſformari ī aliam ſpeciem uel ī aliam ſimilitudinem niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit: & per quem omnia facta ſunt: procul dubio infidelis eſt & pagano deterior.

Et ſubdit quod agaī malefitii: obliuorē inimicorū dicēs Nonnulli inueniūtur: qui interno liuore permoti in perniciem ſuorum inimicorum: altaria ſacris ueſtibus exuunt: aut ueſte lugubri accingunt: uel conſueta luminariorum obſequia de eccleſiis dei ſubtrahunt: uel miſſam pro requie defunctorum pro mulgatam: pro uiuis celebrant hominib⁹. Horum etiam omnium malefitia nequiſſima. Tolletanum concilium condēpnat dicens.

q Vicnnq; ſacerdotum uel miniſtrorū deīceps cauſa doloris cuiuſlibet pmotus: aut altaī ueſtib⁹ ſacris exueī pſūpſerit: aut qualibet alia lugubri ue-

ste accinxerit: seu etiam consueta luminariorum obsequia de templo dei subtraxerit & extingui preceperit si eū antea uere penitudinis corā metropolitano satisfactio nō purgauerit: loci sui dignitate se nouerit & honore priuari: illis ꝓculdubio personis ab hac ulctionum sentētia separatis: que aut contaminationem sanctorum ordinum: uel subuersionem sancte fidei metuētes: aut hostilitatem: uel obsidionē perferentes: seu etiam diuinorum iuditiorum sententiam metuentes fecisse contigerit: in quorum facto plus humilitas qua deus placatur: q̄ interni liuoris dolositas declaratur. Pleriq; etiam sacerdotum sautiati inimicitie dolo missam pro requie defunctorum promulgatam: fallaci uoto pro uiuis student celebrare hominibus: ut his ꝑ quo offertur sacrificiū: mortis īcurrat ꝑiculū. Proinde nostre elegit unanimitatis cōuēt⁹: ut si qs deīceps talia ꝑpetrasse fuerit detect⁹: a ꝓprii deponat̄ ordīs gradu: & tā ipse sacerdos: q̄ ēt ille q eū ad talia ꝑagēda īcitasse ꝑpēdit̄: exilii ꝑpetui ergastulo relegēt̄.

Ex premissis colligitur ꝙ sortilegi: incantatores: magy: lamie: & malefici: ceteriq; eius sectatores: ab ecclesia sunt eliminandi: & nisi ressipuerint perpetuo excommunicandi:

Iis nunc igitur sic habitis & premissis: tractatum ipsum aggredior tria tantum continens capitula qui sic incipit in rubro: & sequitur.

Incipit opusculum de striis: uidelieet: an strie sint uelud heretice iudicande? editum per magistrum Hyeronimum Vicecomitem: ordinis predicatorum: &c.

a Non nullis dubitari solet: an ille scellerate mulieres: de quibus loquitur capitulum: episcopi. xxvi. .q. y. quas nulgari sermone strias appellamus: indicande sint heretice: debitisq; afficiende suppliciis? Nam ut ibi legitur illuduntur omnino: neç ad eam cōgregatiōem que ludus uulgariter nūcupatur corporaliter se cōferūt: sed talia ī solo aīo agitātur. Quibusdā ur̄ q non mediocris auctoritatis & doctrine uiri existimāt̄: ꝙ hec illusiōes q̄ ī earū mētes irrogant̄: oriantur ex humore melan-

conico eas sic opprimente ut nec usum rationis habeant nec uoluntatis arbitriū :Is autem si quicq; mali faciūt nullam secūdū leges meretur penā .xy.q.i.pagrapho ut ita i fi. &.c.aliquos &.c.si quis isaniens .Nam peccatum est ita uoluntarium q; nulla ratione peccatū nūcupatur nisi pficisca tur ex uolūtate .xy.q.i.pagrapho usq; &.xxxii.q.y.sicut enī Philosophus quoq; scribit ī ethicis:non uituperamus patiē tes deffectus naturales sed eis cōpatimur & miseremur.

Verū quia hec opinio est periculosa ualde & fidei honorisq; sūmi dei ut probabitur cōtraria :idcirco totis uirib⁹ cō futanda est & procul a finibus christianitatis abiicienda: Nam sicut reffert iohānes crisostomus ī cōmentario super Matheum .c.quarto exponens illud saluatoris dictum .Va de retro Sathanas :scriptum est:dominum deum tuū ado rabis & illi soli seruies Mathei quarto. c.Nullo pacto susti nere debemus iniurias dei:sic enim ait. Nos illius discam⁹ exemplo nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere dei autem iniurias nec usq; ad auditum sufferre :Quoniā in propriis iniuriis esse quempiam patientem laudabile est dei autem iniurias dissimulare nimis est iniquū

Duo in hoc tractaculo faciemus.Confutabimus opinionem que asserit has illusiones duci ex humore melanconico :& probabimus hanc sectam esse hereticam etiam presuppositoq; ludificaretur omnino :& hunc ludum nō esse ita impossibilem sicut aliqui predicant ludi inscii. Disputabimus more phylosophorum nostri temporis :qui magis sensum q; uerba rimantur.

Capitulum primnm in hoc ttactaculo in quo sex: argumentis probatur ludificationem non prouenire ex humore melanconico.

q Via omnes qui dicunt tales mulieres ludificari fundamentum capiunt ex.c.episcopi superius allegato :Ego quoq; per illud capitulum probare uolo hanc sectam non laborare humore melāconico ipediente usum rationis & uoluntatis :si enim inde impediret usum rationis uel uoluntatis nec ista egrotatio nec

alia excuſaret eam ſi aliquid mali faceret.xy.q.prima paragrapho ex uoluntate & ſe.& para.ut itaq;.Et tunc arguo ſic Si ita eſſet: nichil mali īputaret eis nec illa ratione uitupa rent ſicut ꝓbatū ē:ſed.c.epi:uocat has ſceleratas & retro p⁹ Sathan cōuerſas:& dicit q; ī pfidia ſua pierūt:& multos ad ī fidelitatis īteritū ptraxerūt fidēq; pdiderūt:& ſunt filie dyaboli:Quaſi idē ponit beat⁹ Auguſtinus ī libro de ſpiritu & anima.cōtra hāc ſectā:unde.c.epi tractum eſt:licet ſub aliis uerbis:ergo ī iis nō eſt talis īfirmitas:qa nō ſic exprobaren tur quare &c. Preterea eccleſia ſcit q; hee mulieres ubiq; ſi ſint obſtinate uel relapſe cōburūtur:ymo ſtatuit q; hereti ci relapſi ſine ulla audiētia tradantur curie ſeculari que eos ſupplicio ignis perimit extra de here.ſuper eo. libro ſexto. Quis ſane mentis affirmaret eccleſiam tollerare hunc erro rem:uidelicet:q; contra omnia iura tales cremarentur :que deffendit reos ſanguinis ſi ad eam confugiunt?xxiii.q.y.c. rerum:Cum nulla lex permittat occidere innocētem ut ibi dem legitur.c.ſi nō.Et de iure diuino habetur illud precep tum:Non occides.xx.c.ergo uidetur q; hec ſecta nō detine tur hoc langore quare &c. Preterea:a principio homi nes inuitantur ad ludum ab aliquo experto in arte illa: qui ut eos alliciat promittit q; fruentur mulieribus formoſis ſi ſint uiri:uel iuuenibus pulcherrimis ſi ſint mulieres: & quic quid uoluptatis & ſolatii poteſt uni afferri afferretur ſibi in ludo:& potiſſimum propter uoluptates uenereas illuch ſe recipiunt ſi conſentiunt perſuaſioni: Inſtruit etiam eos di cens:Cum fueritis in ludo: nollite nos munire ſigno crucis nec inuocare nomen dei & ſanctorum:& quicquid domina ludi iuſſerit ſine exceptione facite:Hec inuitatio & exhorta tio fit in uigilia ut omnes fatentur:& fit hominibus diuer ſarum complexionum.Iis preſuppoſitis: arguo ſic: Nā ſm. philoſophū ī.ii.de anima:unūquodq; recipitur in patiēte & bene diſpoſito:ergo ī homine qui eſt cōplexiōis ſanguinee non poterit ita ſubito poſt pſuaſionē recipi talis humor:qa cōplexio ſanguinea eſt cōtraria melanconice :nam una eſt frigida & ſicca:ſanguinea autem eſt calida & humida.

Si diceretur:ante inuitationem erant diſpoſiti: ſed in ī-

mitatione introducta est forma huius infirmitatis.

Probo hanc responsionem esse nullam:Nam ī tāta multitudine ita disparis etatis & complexionum :irrationabile uidetur q̄ aliqui non sint minus dispositi ad recipiendum hunc humorem:Tales facta persuasione & p̄stito cōsensu: non irent ad ludum:quod est contra ea que dicuntur ab hominibus huius secte:q̄ subito post cōsensum uadūt:Etiā frustra fieret inuitatio & exhortatio si nō unusq̄sq; hac ifirmitate adepta illuderetur sicut hec secta illuditur quare &c.

Preterea illi qui non sunt obstinati uel relapsi:si uere nō ficte uoluerīt ad gremium sancte matris ecclesie redire:liberantur a pena mortis:extra de heret.ad abolendam:post liberationem aliqui eorum amplius non reuertuntur ad uomitum qui tamen longo tempore in illa perfidia īmorati fuerant:sed humor ita radicatus:nō potest subito euelli: q̄a secundum philosophū ī p̄dicamētis:Habitus est de difficili mobilis:& ea que conuersa sunt in naturam:non facile nec statim remouentur a nobis sicut ibi probatur.

Si quis forsitam diceret:q̄ post liberationē nullus emēdatur quia remanet humor.

Sequeretur hoc inconueniens ex resp̄sione: q̄ frustra lex statuisset ut non relapsi si uoluerint ante sententiam cōuerti recipiantur.quare &c.

Preterea:si ista essent sompnia ut quibusdam placet: eēt necesse q̄ in magna multitudine singulis noctibus foret diuersitas sompniorum quātum ad multa:hoc autem est falsum:q̄a oēs uni⁹ cōgregatiōis uno ore loquūt̄ de reb⁹ gestis tali nocte:& de aliis:aliis noctib⁹ sicut patet ī eorū p̄fessib⁹.

Quod esset necesse ut sōpnia essent diuersa:sic p̄bat̄:Nām philosophū ī secundo de sompno & uigilia: non solum corporalis dispositio interior est causa sompnii: sed etiam impressio corporum celestium & uehemens ymaginatio in uigilia de aliqua re habita.Multa quoq; euaporatio ascendēs ad cerebrum impedit apparitionem fantasmatum sicut patet in pueris & ebriis:qui hac de causa nō sompniant: uinū liberaliter sumptum multos uapores mittit ad cerebrum: qui a cerebro infrigidati effitiunt sompnium & quidem

longum. Beatus Thomas in ſecūda ſecunde. q. xcv. articulo ſexto dicit q̄ duplex eſt cauſa ſompniorum: interior: & exterior. Interior eſt duplex: una ſpiritualis ſicut quando ea occurrunt fantaſie hominis dormientis circa que eius cogitatio & affectio imorata fuit in uigilia. Alia eſt corporalis: ut quando ex interiori diſpoſitione corporis formatur aliquis motus in fantaſia conueniens tali diſpoſitioni: ſicut homini in quo habundant humores frigidi apparet in ſompniis q̄ ſit in aqua uel niue: & propter hoc medici dicunt eſſe intendendum ſompniis ad cognoſcendas interiores diſpoſitiones. Cauſa autem exterior ſimiliter eſt duplex: una corporalis inquantum ymaginatio dormientis immutatur uel ab aere continenti: uel ab impreſſione corporis celeſtis: ut ſic dormienti alique fantaſie appareant conformes diſpoſitioni corporum celeſtium. Spiritualis autem cauſa: quandoq; quidem eſt a deo: qui miniſterio angelorum aliqua hominibus reuellat in ſompniis: ſecūdum illud Numeri. xii. capitulo. Si quis fuerit inter uos propheta in uiſione apparebo ei: & per ſompnium loquar ad illum: Quandoq; uero operatione demonum alique fantaſie dormientibus apparent: iis maxime qui cum eis habent pacta illicita. Iis preſuppoſitis: arguo ſic: Impoſſibile eſt q̄ in tanta multitudine aliqui non ſint bene: aliqui male diſpoſiti: & non fiat maior impreſſio a corporibus celeſtibus in corpus unius quam alterius: & unus non ſit magis ſobrius alio: & cogitatio unius in uigilia non uehementior immoretur circa unam rem: & alterius circa aliam: hec autem omnia faciunt diuerſitatem in fantaſmatibus: & diuerſitas fantaſmatum uariat ſompnia. ergo non eſt poſſibile q̄ tanta multitudo conueniat in ſompniis: ſed hoc eſt falſum: quia homines unius congregationis ſine diſcrepantia refferunt quicquid egerint: & non ſolum communia: ſed etiam ſingularia ſiue ſimilia ſiue diſſimilia: Etiam in una congregatione fit unum: & aliud in alia: hec omnia patent ex confeſſionibus eorum.

Si fortaſſis diceret q̄ cā idēptitatis ſōpniorū ē humor me-

lanconicus qui est eiusdem speciei in omnibus & equaliter tales detinens impediens q; alias causas.

Licet hoc sit ueriſimile propter diuersitatem & actuū & cōplexionum tamen contra hanc responsionem sic arguit̄ sequeretur q; idem semper sompniarent cuius oppositum probatum. est. Nam natura secundum philosophum in secundo phisicorum per se uno modo operatur cum ergo sit eadem causa uno modo operans sequeretur quod semper produceret eundem effectum & ita idem sompniū quare & cetera:

Preterea humor melanconicus deberet magis esse causa apparitionis rei tristis q; lete.quia effectus proporcionat̄ cause:sed apparitiones huius secte ut plurimum sunt lete & non tristes ergo humor melanconicus non est causa talium uisionum etiam melanconici coram omnibus loquuntur uerba stulta nec timent puniri:sed euntes ad ludū egre ferunt si detegantur nec reuellant secreta ludi nisi iis de quibus confidunt timentes accusari & tradi in manu inquisitoris:Hec autem sunt potissima signa ad probandum eos nō habere usum rationis ligatum:nec sunt alienati a sensibus sicut cōmūiter sunt laborātes illo morbo:qui facile cognoscuntur ex uerbis & motibus in hac autem secta non deprehenditur talis infirmitas vmo malicia magna in respondēdo.Non memini me legisse aliquem doctorem de hac materia loquentem qui causam harum illusionum indispositōni corporis atribuat bene multi attribuūtur eam operationi demonis leguntur ī.d.c.episcopi hec omnino esse falsa & non a diuino sed a maligno spiritu talia fantasmata mentibus fidelium irrogari qui:a diabolo captiui tenentur:quia relicto creatore suo diaboli suffragia querunt. Idem dicit Augustinus & beatus Thomas & etiam rationibus:Nam quia captiui detinentur a diabolo potest eos ludificare multis modis & potest aufferre impedimenta apparitionum.

Inuestigare an uere tales eant ad ludum an ludificentur omnino non est presentis speculationis.Alias edidi tractatum super hac re:ubi opinionem meam posui:& multa dubia que moueri possunt declaraui.

Ex iis rationibus & aliis que fieri poſſent manifeſte apparet hanc opinionem eſſe falſam quare & cetera.

Capitulum ſecundum huius tractaculi in quo ſex argumentis probatur ſectam euntium ad ludum fore hereticam.

Nunc reſtat ut probemus homines huius ſecte eē hereticos etiam preſuppoſito qꝫ talia fierent ipis dormientibus & illuderentur omnino. Sciendū ē qꝫ nedum mulieres uadunt ad ludum: ſed etiā uiri. ſed quia plures ſunt mulieres uiris ideo de eis magis fit ſermo & non ſolum ignobiles. Sed etiam nobiles hac labe maculantur & habent aliquos demones deputatos cū quibus carnaliter cōmiſcentur qui multotiens eis in domo & extra apparent quādo uigilant ut dicunt. eſt & alius principalis cui in ludo faciunt fidelitatem.

Ad probandum has mulieres & omnes euntes ad ludum eſſe hereticos incipiemus a diffinitione heretici: Teſte ſi quidem cicerone in primo officiorum: omnis enim que a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio debet a diffinitione proficiſci ut intelligatur id de quo diſputatur. Secundum beatum Auguſtinum in libro de utilitate credēdi & eius dictum habetur. xxiiii. q. iii. in. c. hereticus. Idē tenet magiſter ſen. in. iiii. diſt. xiii. hereticus eſt qui falſam de fide opinionem uel ginit uel ſequitur beat⁹ Thomas ī. iiii. diſti. xiii. dicit qꝫ duo ſunt neceſſaria ad hoc qꝫ aliquis dicatur hereticus uidelicet error in ītellectu quantū ad ea que pertinēt ad fidem: & pertinacia in uoluntate & hoc eſt complementum hereſis. Aliquando enim uiri boni temptantur: in uigilia etiam in ſompniis illuduntur & iis que pertinent ad fidem: ſed quia non conſentiunt temptationi & nec illuſioni: vmo dolent non appellantur heretici etiam ſi quis dubitaret de iis que nō tenētur explicite credere paratus ſemper corrigi quotiens cognoſcat errorē ſuū ſicut ſi quis crederet Iſaac fuiſſe patrē Abrahe: & īueniendo cōtrarium in ſacra ſcriptura adheret ueritati. Idem faceret ſi quidq̄ tenuiſſet

contra determinationem ecclesie :talis proprie non esset hereticus quia ī eo nō ē pertinacia in uoluntate. Sed si agnita ueritate pertinaciter adherere uellet opinioni sue contra determinationem ecclesie :esset hereticus dist. xxii. oēs etiam contra sacram scripturam .xxiiii.q.iii.heresis.de articulis fidei ut in symbolo credo in sanctam catholicam ecclesiam & cetera secus est dicendum quia illos tenemur explicite credere secūdum beatum Thomam in.ii.ii.q.ii. articulo quinto .Ibi enim dicit secundū apostolum ad hebreos .xi.c. Accedentem ad deum oportet credere quia est.& q̄ ī quirentibus se remunerator existat :& ibidem paulo post dicit .Articulos fidei tenetur homo explicite credere sicut tenetur habeī fidem .Alia credibilia non tenetur explicite credere sicut q̄ Abraham habuit duos filios & :dauit fuit filius Isay:sed solum implicite uel in preparatione animi in quātum est paratus credere quicquid in diuina scriptura cō tinetur.Et in.vii.articulo eiusdem questionis ait : Tempoī reuelate gratie tam maiores q̄ minores tenentur habere fidem explicitam de misteriis christi precipue quātum ad ea que cōmuniter sollempnizantur in ecclesia & publice ꝓponuntur sicut sunt articuli incarnationis .Alias autem subtiles considerationes circa incarnatiōis articulos tenentur alii qui magis aliqui minus explicite credere secundum q̄ conuenit statui & officio unius cuiusq̄.In sequēti articulo dicit Misterium christi explicite credi nō potest sine fide trinitatis quia in misterio christi hoc cōtinetur q̄ filius dei carnē assumpserit & per gratiam spirit⁹ sancti mundū renouauerit & iterū q̄ de spiritu sancto cōceptus fuerit .etiā baptizamus ī nomine trinitatis .id est:ī noīe patris .& filii:& spiritus sancti :Alias autem subtiles trinitatis cōsiderationes nō tenētur credere nisi sicut dictum est de misteriis christi .hec beatus Thomas.

Iis p̄suppositis uolo ꝓbare sex rationib⁹ q̄ oēs eūtes ad ludū sut heretici siue uiri siue mulieres sint :Tamē ī primis ꝓ declaratiōe dictorū beati Thome dicā aliqua.Nō.ē dubiū q̄ nō tenemur scire ordinē **articulorū** uidelicet iste ē prim⁹ & ille ē secūdus iste ptinet ad diuinitatē & ille ad humanita

tē ſed tenemur ſi interrogati fuerim⁹ an chriſtus ſit nat⁹ ex maria uirgine paſſus & ſepultus &ce. ſicut dicit quādo quis baptizatur reſpondere firmiter q̄ ſic: ſicut reſpondēt copatres in perſonā baptizandi nam ſi dubitaremus de articulis eſſemus heretici: extra de heret. c. i. ubi Hoſtienſis in glo. dicit. Infidelis eſt etiam ſi tenui argumento reperiatur a fide chatolica deuiare: id eſt: articulo quocūq; uolueris de iis qui continētur in ſymbolo apoſtolorum: credo in deum: & cetera: Hec hoſtienſis. Ea que cōtinentur in ſymbolo. Gregorii decimi extra de ſumma trini. & fide catho. fideli. li. vi: & eodem titulo in ſymbolo Innocentii. tertii. c. firmiter & Athanaſii: uidelicet: Quicūq; uult ſaluus eſſe: ultra articulos poſitos in ſymbolo apoſtolorum non tenētur inferiores credere explicite: ſed bene implicite inquātum tenētur firmiter credēr quicquid tenet ſancta mater eccleſia de omnibus pertinentibus ad fidem noſtram. Sciendum eſt: quia abbas Ioachim non errauit contra articulos fidei ponendo quaternitatem in diuinis ſicut habetur extra de ſūma tri. & fide catho. c. dāpnamus: Non enim negabat trinitatem p ſonarum nec aliquē aliū articulū: ſed uidens q̄ multa cōueniebāt nature ſeu eſſentie diuine que nō cōueniebant p ſonis ideo ponebat quaternitatē & propter quaſdam auctoritates: Dubitatio taliū ante determinationem eccleſie mō animus ſit paratus ad credendum determinationi eccleſie ut dictum eſt non facit hominem hereticum ſecus de articulis fidei.

Iis prelibatis: arguo primo ſic: Hec ſecta firmiter credit q̄ uadit ad ludum: & fuit baptizata ergo eſt heretica. Argumentum ſic probatur. In preallegato. c. epiſcopi legitur. Vtinam hee ſole in perfidia ſua periſſent: & non multos ſecum ad infidelitatis interitum pertraxiſſent. nam & inumera multitudo hac falſa opiniōe decepta hec uera eſſe credūt & credendo a recta fide deuiant: & errore paganorum: inuoluuntur: Et paulo. poſt: Qui talia credit & iis ſimilia. fidem: perdit. & qui rectam: fidem non habet: non eſt: eius: ſcilicet. dei. ſed illius in quem. credit. id eſt. Dyaboli. Tunc ſic: tales credentes. firmiter ſe ire.

ad ludū pdūt fidē & deuiāt a recta fide:ergo falſam de fide habēt opinionem:ergo heretici ſunt:a diffinitione ad diffinitum fm.logycos eſt optimum argumentum. quare &c.

Secundo arguitur ſic:In ludo ut omnes fatentur negant fidem ergo ſunt heretici:Nam negantes fidem putant aliā eſſe ueriorem:& ſic falſam de fide noſtra habent opinionē: cum nulla alia ſit fides niſi noſtra dicente Athanaſio ī ſymbolo:Quicunq; uult ſaluus eſſe:ante omnia opus eſt ut teneat chatolicam fidem:quam niſi quiſq; fideliter:firmiterq; crediderit:ſaluus eſſe non poterit.

Si diceretur:tales deuiantes a fide :ſunt ꝓprie apoſtate.

Dico ꝙ uerum eſt:ſed appoſtate ſecundum iura canonica ut heretici puniuntur extra de heret.contra libro ſexto. Idem puto dicendum de ydolatris.Proprie ſi aliquis ſit dicendus hereticus:oportet ꝙ male ſentiat de fide: & fuerit baptizatus:& ſi non fuiſſet chriſtianus & male ſentiret de fide ſicut faciunt iudei & mauri:talis non diceretur proprie hereticus:ſed infidelis.quare &c.

Tertio arguitur ſic:Extra de heret.c.ad abolendam:dicitur Qui male ſentiunt de ſacramentis eccleſie ſunt heretici ſed hec ſecta male de baptiſmo ſentit quia negat ipſum: ergo eſt heretica.etiam in ſymbolo dicitur. Confiteor unū baptiſma quare.&c.

Quarto arguiſti ſic.Iſti adorant dominam ludi tanquā dominum & deum ſuum:& faciunt ſibi ſacrifitia que ſoli deo fieri debent ergo ſunt heretici: Argumentum ſic probatur:Nam in dicto capitulo epiſcopi dicitur: errore paganorum inuoluuntur cum aliquid diuinitatis aut numinis extra unum deum arbitrantur :& glo. ſuper illud Mathei quarto capitulo . Si cadens in terram adoraueris me : dicit:Ecce antiqua dyaboli ſuperbia :ſicut enim in principio uoluit ſe ſimilem deo facere:ita uolebat diuinum cultum uſurpare ſibi dicens: ſi cadens in terram adoraueris me:& Auguſtinus in ſexto de ciuitate dei capitulo primo dicit:ꝙ ſeruitus que grece Latria dicitur:uni uerōq; deo debetur:Dicit uni & uero deo:non dicit pluribus & falſis diis quare & cetera. Quinto arguitur ſic:Adorātes demonē

& ſibi ſacrificantes tanq̃ uero deo delinquũt contra ſacram ſcripturam que dicit dominum deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies .Etiam delinquũt contra primum articulum :uidelicet :Credo in unum deum :quia iſto modo eſſent duo dii:ſcilicet unus uerus & quem ipſi adorant tales autem ſũt heretici ſicut probatum eſt ergo &ce .

Sexto & ultimo arguitur ſic .Dubius in fide in fidelis ẽ extra de her .c.primo ergo multomagiſ qui firmiter credit ea que ſunt contra fidem ſicut mulieres & uiri euntes ad ludum faciunt & contra primum mandatum decalogi uidelicet. Vnum colle deum exodi.xx.c.

Quod autem taleſ ſint obſtinati in opinione ſua poteſt probari multis perſuaſionibus omnes fatentur ſe errare:& tamen perſeuerant in illo errore :& habent quando uigilãt propoſitum reddeundi ad uomitum vmo aliqui inuitant iſtum & illum ad ludum ſicut dictum eſt & magis uolunt ſatiſfacere uoluntati demonis qui uult adorari & q̃ negetur fides & baptiſma q̃ priuari uoluptatibus ludi .Si iſti in uigilia credunt firmiter ſe abnegaſſe fidem & baptiſma & adoraſſe demonem :& ſi placeret demoni iterum idem facerent: Nam ſemper ſunt parati ſatiſfacere demoni.quo modo ergo eſt poſſibile q̃ non ſint heretici ſi in eis ſit error fidei cum pertinacia: que duo faciunt baptizatum : hereticum .

Et ſic rationibus habetur.manifeſte q̃ taleſ ſunt heretici & deffenſantes aut fauentes huic ſecte heretice ſint excommunicati extra de heret.excõmunicam? :el primo paragrapho credentes & ſi infra ãnum non ſatiſfaciunt :plectũtur multis penis ut ibidem habetur.

Petrus de palude in quarto ſen:diſtinc.xiii.dicit :Quod aliqui fauent hereticis multis modis uidelicet preſtando aliqua moniam :dicendo etiam q̃ iſti ſunt boni homines :uel q̃ iniuſte agitur cõtra eos & q̃ inquiſitores imponũt eis maligne conficta etiam quando illi qui funguntur offitio publico in capiẽdo hereticos non fauent inquiſitoribus ſicut debent quia qui non eſt mecum contra me eſt.Hec ille.

Deffenſſantes uel fauentes huic ſecte uidentẽ ſotii crimi

nis dist. lxxxiii. error non cāret scrupulo societatis occulte: qui manifesto facinori desinit obuiare multomagis qui re sistit eorum punitioni etiam sunt suspecti de heresi: quia error cui non resistitur approbatur: Nec ignorantia excusat illos maxime qui talia scire tenentur distin. xxxviii. qui ea. Ibi dicitur: Qui ea que dei sunt nesciunt a deo nesciuntur: Paulo attestante qui ait. Si quis ignorat ignorabitur:

Preterea si quis cōmitteret crimen lese maiestatis in illustrissimum principem nostrū crucifigeretur ab omnibus & iuenirentur leges extorte & per capilos tracte ad probandum eum esse acerbissime puniēdum multomagis hoc fieri debet cōtra crimina in regem regum & dominū dominātium cōmissa quare &ce.

Capitulum tertium huius tractaculi: in quo demonstratur q̄ ludus sit possibilis.

Tautem dem⁹ finem huic tractaculo. uideam⁹ u An ludus sit possibilis sicut pollicitus sum me p baturū cōtra eos qui palam predicāt eum esse impossibilem: Sunt enim aliqui qui ea putant impossibilia que aliquid admirationis habent non uisa ab eis: ymo etiam uisa secundum beatum augustinum in. xxi. de ciuitate dei capitulo septimo & etiam in. xiiii. c. xxiiii. ubi multa narrat que uidentur: impossibilia & tamen: sunt uera.

Quod ludus ex omni sui parte sit possibilis probo. Ali qui dicūt q̄ si locus ubi fit cōgregatio sit uicinus eorū habitationi pedibus suis illiuc pergūt hoc est possibile. Si distās portantur a demone: hoc etiā est possibile: de multis legit̄ portatis a demone: sicut de Symone mago ut legit̄ in legēda beati petri apostoli: De Hermogene ut scriptū ē in legēda beati Iacobi apostoli: & de inumeris aliis ymo saluator noster fuit portat⁹ a demone ī sanctā ciuitatē & positus supra pinaculū tēpli: Mathei. iiii. c. ubi gregori⁹ ī omelia dicit: cū dicit̄ de⁹ homo ī sanctā ciuitatem a dyabolo assumptus humane aures audire expauescūt iniquorūloium caput; est

diabolus: Quid ergo mirum: si se ab illo permisit in mon tem duci: qui se permisit ab illius membris crucifigi.

Quod dētur demones icubi: id est apparentes i formis uirorū cognoscentes mulieres & subcubi qui apparēt in for mis mulierum & patiūtur in actu uenereo ut mulieres pro batur multis auctoritatibus. beatus Augustin⁹ in. xv. de ci uitate dei. c. xiii. ait apparuisse hominib⁹ angelorū ut non solū uideri uerū etiam tangi possent. eadem uerissima scrip tura testatur: & quoniam creberima fama est multi se ex pertos uel ab eis experti essent de quorū fide dubitatio nō est audisse confirmant Siluanos & faunos quos uulgo incu bos uocant improbos sepe extitisse mulieribus & earum appetisse & peregisse concubitum: & quosdam demo nes quos galli duisios uocant hanc assidue immunditi am & temptare & efficere plures tales q̄ asseuerant ut hoc negare impudentie uideatur. Idem confirmat Isydo rus libro. octauo. ethymologiarum capitulo. ultimo. Io sephus in primo libro antiquitatum dicit gigantes qui fue runt ante diluuium progenitos fuisse ex demonibus. in cubis. Etiam communiter theologi tenent idem in secun do sen. distinc. vii. ubi communiter hec questio mouetur Dicit tamen beatus Thomas: q̄ taliter geniti non sunt. filii diaboli: sed illius cuius est semen: Accipiunt enim: semen: unius hominis: & ponunt illud in matrice. mu lieris.

Non est etiam impossibile q̄ commedant & bibant & ducant choreas: nec q̄ negent fidem sicut multi christiani faciūt aut demonem adorent sicut ante saluatorem ab om nibus quasi collebatur.

Si ergo omnia que sunt ludo necessaria & que ibi fiunt sunt possibilia: qua fronte debet iudicari impossi bilis. Illi enim qui. non diligenter: examinant: condi tiones ludi. in multa uerba inania prorumpunt & in or dinata. ex quibus possent: incurrere heresim. Iheroni mo attestante qui ait. Ex uerbis inordinate prolatis icurri tur heresis. uelīt oīa studiose cōsiderare que ab hac secta nar rant ñ stulta nec i sana cōtraria honori optimi maximi q̄

dei fidei noſtre ſacriſq; legibus: Et quanto maiores: tanto plures incompoſite loquendo in baratrum perditōnis eterne pertrahunt: pro quibus reddent ante tribunal diſtricti iudicis rationem: a qua ſi liberari uoluerint inhereant ueritati que fugabit errores & ad patriam perducet claritatis eterne: quam nobis preſtare dignetur ineffabilis ueritas. Ieſus Chriſtus dominus noſter. Amen:

Deo gratias:

Explicit Lamiarum tractatus magiſtri Iheronimi Vicecomitis predicatorum ordinis &c.

Impreſſum Mediolani per magiſtrum Leonerdum Pachel Anno Domini. M. cccc. xc. Die. xiii. Menſis Septēbris.